II
51
Q3

JUN 20 1925

B 389570 F

Quellen und Forschungen

zur

alten Geschichte und Geographie.

Herausgegeben

von

W. Sieglin,

o. ö. Professor der historischen Geographie an der Universität Berlin.

Heft 11:

Alfredus Klotz,

Quaestiones Plinianae geographicae.

Berlin.

Weidmannsche Buchhandlung

1906.





Digitized by Google

Quellen und Forschungen

zur

alten Geschichte und Geographie.

Herausgegeben

von

W. Sieglin,

o. ö. Professor der historischen Geographie an der Universität Berlin.

Heft 11:

Alfredus Klotz,

Quaestiones Plinianae geographicae.

Berlin.

Weidmannsche Buchhandlung

1906.

Digitized by Google

Quaestiones Plinianae geographicae

scripsit

Alfredus Klotz.

Berlin.
Weidmannsche Buchhandlung.
1906.

Digitized by Google

OTTONI · IMMISCH
LVDOVICO · TRAVBE
ALFREDVS · KLOTZ
V · S · L · M

Digitized by Google

Opere absoluto gratiae agendae sunt cum Guilelmo Bannier Oscario Hey Adolpho de Mess, qui ex Thesauri copiis Monacensibus largam quaerenti praebuere materiam, tum Ricardo Reitzenstein et Georgio Lehnert, qui bellum contra typothetarum errores gerendum mecum una susceperunt.

Scripsi postr. Id. Mart. a. 1906.

Alfredus Klotz.

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Seite

Praefatio . . . . . 1—3

I. DE AUCTORIBUS . . . . . 4—101

I. qui auctores adhibiti sint, in universum quaeritur . . . . . 4—48
indicum ratio 4. Cato 9. Varro 9. Agrippa 13. Augustus 15. Varro Atacinus 16. Cornelius Nepos 16. Hyginus 19. T. Livius f. 19. Statius Sebosus 19. Mucianus 20. Domitius Corbulo 24. Claudius Caesar 25. anonymi de insulis libellus 25. Eratosthenes 31. Timosthenes 34. Nearchus et Onesicritus 34. Artemidorus 35. Polybius 39. Iuba 41. Isidorus 42. reliqui auctores 45.

II. quae ratio inter Plinium et Melam intercedat . . . . . 48—88
Mela a Plinio inter supplementa adhibitus 48. Melae auctoris aetas 51. nec chorographia Augusti adhibita apud Melam nec Agrippa 52. differentiae inter Plinium et Melam 69 (insulae 75. cursus inversus 80). tamen communis origo 81. Melae auctor quis fuerit 83. Plinio notus 88.

III. de Augusti Agrippaeque tabulis censoriis . . . . . 89—101
Plinius tabulis censoriis haud raro aliena admiscuit 89. quibusdam in terris eis non primus usus est 97.

II. DE TERRARUM DESCRIPTIONIBUS . . . . . 102—207

I. de Europa . . . . . 102—146
per totam geographiam Agrippa adhibitus 102. nec minus Varro 104. ex utroque contaminatio 106. Italia 110. Histria 121. Plinius Varronis ordinem invertit 125. a Varrone profectus est 129. recentiora additamenta 130. quae praevalent in Europa septentrionalis descriptione 141.

II. de Africa et Asia . . . . . 146—207
Mauretania 147. Numidia, Africa 149. Cyrenaica 150. insulae 152. gentes interiores 153. Asia 155. Aegyptus 156. Arabia 159. Syria 159. Cilicia 163. Isauri et Omanades 163. Pisidia, Lycaonia 164. Pamphylia, Lycia 165. Caria, Lydia 167. Ionia, Aeolis 168. insulae 169. Hellespontus, Bithynia 170. Phrygia 171. Galatia 172. Ponti ora 174. Asiae interiora 181. India 188. Mesopotamia 193. Arabia 198. exterior Africae ora 204.

Appendix I. de chorographia apud Strabonem adhibita . . . . . 207—212

Appendix II. quae ratio intercedat inter Sallustium et Plinium Melamque 212—217

Indices . . . . . 218—227

Digitized by Google

Multum C. Plinius Secundus eo gloriatur[1]), quod Naturalis Historiae libris XXXVI primum addiderit, ut quid singulis contineretur libris, primo appareret aspectu. idem non sine aliqua iactatione XX rerum dignarum cura . . . lectione voluminum circiter II . . . ex exquisitis auctoribus centum se inclusisse illo opere affirmavit[2]). ex eis igitur praecipue auctoribus vastam doctrinam hausit eorumque nomina inter illos qui primo libro enumerantur, exstare utique credibile est. neque enim est quod Schwedero[3]) fidem habeamus, qui cum illum auctorem quem quasi principalem Plini in geographia sibi finxit, in auctorum indicibus invenire non posset, eum a Plinio sollerti cura sileri atque obtegi sibi persuasit[4]). at ille ipse benignum esse et plenum ingenui pudoris arbitratur[5]) fateri per quos quis profecerit.

centum autem illi auctores qui essent ex ampla serie scriptorum ac poetarum apud Plinium cum in libris tum in indicibus laudatorum, iam diu sedula opera viri docti quaesierunt. nec tamen quicquam profici apparet ea via quam ingressus est Gustavus Oehmichen[6]), qui generalibus quibusdam cogitationibus ductus indicem illorum auctorum exquisitorum componere conatus est. qui quo iure Latinos auctores omnes fere ipsos Plinio praesto fuisse contenderit nescio. in universum autem quamvis Plinium Latinis quam Graecis auctoribus uti maluisse consentaneum sit, tamen neque hos excludere licet neque illos temere

---

[1]) praef. 33.

[2]) praef. 17. quo de loco non consentio cum Degeringio Rhein. Mus. 57 (1902) p. 14.

[3]) Philologus 54 (1895) p 533. cf. etiam einsdem librum: *Beiträge zur Kritik der Chorographie des Augustus* III 1883 p 55.

[4]) non recte idem vir doctus (*Die Concordanz der Chorographien des Mela und Plinius* progr. Kiel 1879 p. 18. *Beitr.* III 1883 p. 35) Strabonem quoque quo auctore usus sit principali, non indicasse contendit. hic enim satis perspicue τὸν χωρογράφον et τὴν χωρογραφίαν laudat, Plinius autem, si Schwederi opinio vera esset, de auctore tacuisset.

[5]) praef. 21.

[6]) *Plinianische Studien.* Erlangen 1880 p. 212.

universos admittere. immo vero seriem illam exquisitorum auctorum ita tantum recuperari posse concesseris, ut in singulis Naturalis Historiae partibus qui potissimum auctores adbibiti sint inquiratur, tunc exclusis eis quos non ipsos in usum vocatos aut obiter tantum accersitos esse apparuit, reliqui numerentur. quod negotium cum vix incohaverit Oehmichenus, eius catalogus sicut ipse fatetur, futtili nititur fundamento.

a singulis igitur operis partibus proficiscendum esse manifestum est. at enim Henricus Brunn vir clarissimus qua ratione indices libri primi compositi essent, perquisivit[1]). qui auctores quo quis ordine a Plinio in ipso libro adhibitus esset, eodem fere in indice collocatos statuit. tamen multimodis turbatum esse hunc ordinem vel neglegentia Plini vel socordia librariorum — quibus non tantum culpae in hac potissimum re equidem tribuerim — ipse Brunnius vidit. cuius sententia postquam per longum tempus viguit quasi fundamentum certissimum fontium indagandorum, nuper de singulis quibusdam rebus dubitari coeptum est. neque enim eos auctores enumerari solos quibus in conscribendo opere ipsis usus erat Plinius quosve ab aliis acceperat, sed multos propterea tantum laudatos quod in eadem materia versarentur, cum alii tum F. Münzer exposuit[2]).

ac nos geographicis libris III—VI operam navaturi non primi hanc materiem attingimus. nec tamen inutile putamus opus susceptum. nam qui adhuc hanc quaestionem tractaverunt, ubi quandam cum Plinio similitudinem apud alios scriptores detexerant, statim ad eos Pliniana universa revocarunt. quod quam falsum sit, infra apparebit. neque enim is est Plinius, qui uno auctore exscribendo contentus sit, sed saepe vel in uno eodemque enuntiato complurium sententias conglutinavit quasi musivo quodam opere condito, quo longa regula interpositis lapillis variatur. quo factum est ut viri docti ex eodem enuntiato haud raro contraria efficerent, cum alter altera parte eius comparata statim de toto iudicaret. itaque eorum opera saepe inrita facta est. tamen eam nolim contemnere. nam quamquam ex toto nemini applaudere possumus, tamen confiteri decet, multa nos Oehmicbeno Detlefseno Scbwedero Cuntzio debere, ut eos nominem qui in singulis plurima profecerunt. sed illi neglectis ceteris suam tantum quisque ingressi viam, cum ceteri quid praestitissent, aestimare non possent, eo pervenerunt ut alius alii nil profecisse videretur.

---

[1]) *de auctorum indicibus Plinianis disputatio isagogica.* Bonnae 1856.

[2]) *Beiträge zur Quellenkritik der Naturgeschichte des Plinius.* Berlin 1897 p. 128 sq.

sed nnnm adminiculum hand leve fere aspernati sunt. Plini enim ipsa verba multis locis contaminationis indicia prae se ferunt, multa iterantnr, multa secum pugnantia leguntur, quibns observatis conflata secernere suaqne singnlis auctoribus vindicare licet. qna in via praeter Detlefsenum et Cuntzium qui particulas quasdam tractaverunt, vix quisquam nobis praecessit. itaque sicut qui primus per silvarum vastitates iter patefacere conatur, is non statim planam omnibusque commodam viam efficit, ita ne nos quidem quaestionem profligasse ab omni parte iactamur, sed contenti erimus, si in nonnullis vera vidisse, in aliis rectam monstrasse viam, in non nimis multis errasse nos elncebit.

I. de auctoribus.

I. qui auctores adhibiti sint, in universum quaeritur.

ac primum quidem quae ratio inter indicum III—VI nomina et librorum auctores intercedat, ut dilucide perspiciatur, indices ipsi pertractentur necesse est. quorum indolem ubi quoad eius fieri poterit explicaverimus, qui auctores ab ipso Plinio inspecti sint, quae nomina ab aliis translata, quaerendum est.

qua in re iter nobis aperuit Godofredus Kentenich[1]), qui primo dissertationis capite libellum de insulis quendam adhibitum esse demonstravit[2]), altero de Serapionis geographi aetate cum quaereret, laterculum geographorum Graecorum a Plinio ex fonte in librorum IV. V. VI. indices translatum esse docuit, id quod iam Oehmichenus l. l. perspexerat. atque haec in graecis versantur auctoribus. iam vero mihi Latinos contempleris, quorum indices hic iuxta compono:

III	IV	V	VI
Turranius Gracilis			
Cornelius Nepos			
T. Livius			
Cato censorius	Cato censorius		
M. Agrippa	M. Varro	Agrippa	M. Agrippa
M. Varro	M. Agrippa	Suetonius Paulinus M. Varro	M. Varro
divus Augustus	divus Augustus		
Varro Atacinus	Varro Atacinus	Varro Atacinus	Varro Atacinus
Antias	Cornelius Nepos	Cornelius Nepos	Cornelius Nepos
Hyginus	Hyginus	Hyginus	Hyginus
L. Vetus	L. Vetus	L. Vetus	L. Vetus
Pomponius Mela	Mela Pomponius	Mela	Mela Pomponius
Curio pater			
Caelius			
Arruntius			

[1]) *Analecta Alexandrina.* diss. Bonnae 1896.

[2]) p. 5—17. cf. etiam Oehmichenus, *de Varrone et Isidoro Plinii auctoribus* Acta soc. Lips. III (1873) p. 405. *Plin. Stud.* 1880 p. 4 sq.

III	IV	V	VI
Sebosus		Domitius Corbulo	Domitius Corbulo
Licinius Mucianus	Licinius Mucianus	Licinius Mucianus	Licinius Mucianus
Fabricius Tuscus	Fabricius Tuscus	Claudius Caesar	Claudius Caesar
L. Ateius	Ateius Capito	Arruntius	Arruntius
Ateius Capito	Ateius philologus	Livius filius	Sebosus
Verrius Flaccus		Sebosus	Fabricius Tuscus
L. Piso		acta triumphorum	T. Livius f.
Gellianus			Seneca
Valerianus			Nigidius

resecandi sunt autem ei auctores qui vel hic illic tantum adsciti sunt vel ex alio fonte translati. ad illnd genus pertinet Turranius Gracilis (3,3) de quo cf. Münzer l. l. 387[1]), Curio pater (3), Suetonius Paulinus (5, 14), acta triumphorum (5, 36), Seneca (6, 60)[2]), Nigidius Figulus (6, 212—220)[3]) cf. Swoboda, *Nigidii Figuli fragmenta* 1889 p. 107, Münzer l. l. p. 356. ex reliquis autem quosdam non ipsos inspexit Plinius, velut L. Pisonem (3, 131[4]), Caelium Antipatrum, cuius memoria 3, 132 cum Nepote coniuncta est (cf. 2, 169 et infra p. 84sq.), denique Gellianum illum Valerianumque (3, 108). Gellianus enim scriptor plane ignotus est. nec vero alium intellegendum esse atque Gellium historiae scriptorem viri docti consentiunt. sed Valerianum Cornelium illum accipiebant, quo alibi Plinius usus est[5]). at recte Münzer[6]) Valerium Antiatem potius subesse censuit, hanc ipsam formam fortasse corrigendam ratus. in universum equidem plane ei assentior, tamen vereor ne nomina illa in contextu Pliniano immutare non liceat, cum eaedem formae in indicem receptae sint. accedit quod Antias in indice iam antea commemoratus est. quid si in fonte Plinii adiectiva 'Gellianus, Valerianus' cum genetivo aliquo coniuncta fuisse coniicimus velut 'Gelliani et Valeriani testimonii fides' sim.? nude Plinius facile in errorem potuit induci. ipsum autem Antiatis nomen in indicem relatum est solum propter 3, 70.

his igitur auctoribus abiectis tale fere fundamentum indicum III—VI evadit:

---

[1]) quamquam quid Turranius scripserit, equidem nescio.

[2]) quo de loco infra agemus.

[3]) 6, 217 vulgo edunt *aut ut Nigidio placuit.* at *aut* om. E[2] Crikel. cf. Detlefseni editio 1904.

[4]) cf. Münzer l. l. p. 199.

[5]) cf. Münzer l. l. p. 370.

[6]) l. l. p. 376 adn. 1.

Cato censorius
M. Agrippa
M. Varro
divus Augustus[1])
Varro Atacinus
Cornelius Nepos
Hyginus
L. Vetus
Pomponius Mela
Licinius Mucianus.

accedunt Arruntius et Sebosus, quae nomina in IV indice omissa sunt, Fabricius Tuscus, qui in V indice non nominatur. quibus utrum T. Livium addas an eum hic illic tantum consultum esse statuas, fortasse dubitaveris. ac ne hoc quidem a dubitatione remotum est, uter sit intellegendus singulis locis, pater an filius. nam illum vulgo intellegunt 2 ind. 3, 4. 132[2]). sed mihi secus videtur. nam primum 3, 132 Alpium latitudo stadiis indicatur, quam mensuram pater per totum opus quotquot libri servati sunt, respuit. nec me movent ea quae Schweder postea, ut suam firmaret sententiam comparavit[3]). composuit enim Plin. 4, 26. 63. 64 (Mela 2, 45) cum Liv. 35, 27. 28, 7; Plin. 4, 11. 18 (Mela 2, 48. 49) cum Liv. 45, 28; Plin. 4, 33 (Mela 2, 34) cum Liv. 45, 9. si vero accuratius illos locos inspexeris, non modo nulla re demonstratur Plinium Melamque ex Livio pendere, sed similitudo nulla est. quae cum ita sint, T. Livium qui 3, 4. 132. 2 ind. 7 ind. laudatur, eundem esse qui in V et VI indicibus nominatur, nempe filium, credo te mihi concessurum. itaque quamquam in IV indice non extat, tamen Livius adiungendus est illi seriei eodem iure quo Arruntium, Sebosum, Fabricium Tuscum in ordinem recepimus.

iam videamus quo ordine enumerentur auctores. Nepotem autem et Livium qui in III indice primo post Turranium loco commemorantur, propterea quod in ipso libri exordio laudantur, Nepotem Liviumque dico ut nunc quidem omittamus, ordinem ducit Cato censorius, qui in V et VI indice non exstat: in Asia Africaque describenda vix quicquam ex Originibus Plinius sumere potuit aut certe non sumpsit. primus enumeratur, quamvis eo ipso non usus sit Plinius, sed inter-

[1]) qui cur in librorum V et VI indicibus omissus sit, infra exponetur p. 16.
[2]) cf. Schweder Philologus 46 (1888) p. 278. Münzer l. l. p. 427.
[3]) Philologus 54 (1895) p. 539.

cedente aut Varrone aut id quod saepius videtur esse factum Nepote[1]), antiquitatis videlicet causa.

sequuntur Agrippa Varro[2]) Augustus, quibus quin plurimum Plinius debeat, non est dubium. tum pergit laterculus his nominibus: Varro Atacinus, Cornelius Nepos, Hyginus, L. Vetus, Pomponius Mela. ex quibus Atacinus obiit anno 717/37, Nepos post annum 724/30[3]), Hyginus sub Augusto fuit. iam de L. Vetere cautius et philologo dignius confiteri cum Münzero[4]) nos nil scire quam cum Wölfflinio[5]) hariolari. deinde de aetate Melae diu certamen fuit. Oehmichenus enim primis Augusti temporibus eum scripsisse coniecit[6]). quae opinio refutatione non digna est[7]). nam quod l. l. p. 39 Melam, si post Agrippam scripsisset, huius opus non neglecturum fuisse contendit, egregie fallitur. neque enim Mela id egit, ut in res quam accuratissime inquireret, sed ut argumentum per se, sicut ipse conqueritur, facundiae minime capax rhetorum fucis exornaret. accedit quod Agrippae opus mensurarum potissimum diligentiam sectabatur, quam geographiae partem Mela fere abiecit[8]). sed utrum sub Caligula an sub Claudio fuerit, quaestio est. quam diiudicari posse desperavit Otto Cuntz[9]). et certe hic rectissime parum auctoritatis tribuit ei argumento, quo nisus Carolus Frick Melae chorographiam sub Caligula scriptam esse pronuntiavit[10]). Mela enim quod 1, 25 fluvio Mulucha Mauretaniam et Numidiam disterminatas esse dicit, non quadrare ad Claudi aetatem qui anno 42 pro Mauretania et Numidia provincias Mauretanias Tingitanam et Caesariensem instituit (cf. e. g. Dio Cass. 50, 9). acutissime vero Eduardus Norden[11]) Melam 3, 49 adludere ad Claudi nomen observavit cl. Sen. apocol. 8. Claudi igitur eo loco triumphum Britannicum intellegendum esse. quae sententia egregie firmatur alio Melae loco quo viros doctos non usos esse

---

[1]) cf. Münzer l. l. p. 334 sq.

[2]) semel Varro ante Agrippam collocatur in IV indice.
vel etiam post a. 727/27: *divi Augusti principatu* (Plin. nat. 9, 137).

[3]) l. l. p. 130 adn. 1. similem atque hic sententiam Conradus quoque Cichorius tulit apud Schanzium hist. litt. Rom. II 2 p. 261.

[4]) *Bursiani ann.* 3 (1874/75) p. 772. cautius Rohden, Pauly-Wissowa I 2560.

[5]) *Plin. Stud.* 1880 p. 34 sq.

[6]) unum profero argumentum: ante Iubae mortem non potuere scribi, quae leguntur 1, 30 *Iol . . nunc quia Iubae regia fuit et quod Caesarea vocatur, inlustris.*

[7]) cf. Schweder, *Die Concordanz etc.* progr. Kiel 1879 p. 10. Philologus 54 (1895) p. 539.

[8]) *de Augusto Plinii geographicorum auctore.* diss. Bonnae 1888 thes. III.

[9]) Philologus 33 (1874) p. 741. of. etiam eiusdem Melae edit. 1880 p. III.

[10]) *Kunstprosa* I 1898 p. 305 adn. 4.

admodum mirum est. nam 2, 111 inter Aegaei maris insulas Thia iuxta Theram commemoratur, quae teste Plinio 2, 202[1]) anno 46 enata est. atque quamquam nomen apud Melam corruptum est et corruptum ab ipso scriptore — qua de re infra agendum est[2]) —, tamen in fonte eius verum extitisse apparet. quae cum ita sint, de aetate Melae lis composita est.

tum ex eis qui post Melam commemorantur recentissimus est procul dubio Licinius Mucianus, Plini aequalis. de ceteris plane nescimus, nisi quod Livi fili aetatem ex patris aliquatenus licet computare.

denique in V et VI indice certum quendam tenent locum Domitius Corbulo et Claudius Caesar, qui cum Muciano coniuncti sunt.

iam vero ordinem ut contemplemur, temporis in universum quidem, tamen minime anxie rationem habitam esse apparet. nam Augustus ante Atacinum et Nepotem commemoratur, quippe qui multo maioris momenti apud Plinium esset, Claudius Caesar post Mucianum, item bis Livius. deinde Arruntius et Sebosus modo ante Mucianum collocati sunt, modo post eundem. communne autem quoddam fundamentum indicum III—VI esse apparet. itaque Plinius, cum Hygino praesertim extra librum 3 usus esse non possit, sicut alibi quoque fecit[3]) et sicut de graecis scriptoribus Oehmichenus et Kentenichius observaverunt[4]), auctorum laterculum composuit eundemque ad reliquos libros propagavit, qui in eadem materia versabantur. tunc vero in III indice secundum ipsum librum nomina disposuit. quo factum est ut Nepos non suo loco quem in reliquis indicibus obtinet, enumeraretur. itaque quamquam lege illa Brunniana geographicos quoque libros in universum teneri elucet, tamen ab indicibus non nimium auxilii ad auctores indagandos apparet.

quoniam de auctoribus in universum egimus, iam de operibus eorum disputandum est, ut quales libri singulorum fuerint, appareat nec non quos imprimis, quos minus in usum vocaverit Plinius. qua in re animadvertendum est ab eo ne tunc quidem cum aliquem librum

[1]) *ab ea* (Hiera) *duobus stadiis post annos CX in nostro aevo M. Iunio Silano L. Balbo cos. a. d. VIII Idus Iulias Thia* (enata est). haec quo iure Münzer l. l. p. 123 ad annum 19 p. Chr. rettulerit nescio. cui anno neque verba *'in nostro aevo'* neque consules neque computatio convenit. eadem ao Münzer nuperrime Maximilianus Rabenhorst vendidit: *Quellenstudien zur Naturalis Historia des Plinius* I 1905 p. 50. ad eandem insulam pertinent ea quae apud Senecam leguntur nat. quaest. 6, 21, 2 *hanc nostrae aetatis insulam — in Aegaeo mari natam.*

[2]) cf. p. 49 sq.

[3]) cf. e. g. ind. libr. 8. 10. 14. 15. 17. 18, dein 12. 13, tum 21. 22 etc.

[4]) cf. supra p. 4.

parum probaret, auctorem statim esse abiectum. solebat enim dicere nullum esse librum tam malum, ut non aliqua parte prodesset[1]).

Catonis nomen ubi in geographicis Plini libris exstat, ad Originum libros spectare viri docti consentiunt. sed quo Varronis opere, num uno Plinius usus sit, litigatur. quamquam res dubia esse non potest. atque ea quae diserto testimonio ad eum referuntur, composuit Oebmicbenus[2]). idem rectissime coepit distinguere qui loci ex eis postea in contextum inserti sint, qui cum ipso artissime cohaereant. hos ad librum de ora maritima scriptum rettulit, illos aliunde petitos esse: legationum libris eos deberi statuit. tamen ad neutrum ex eis operibus quadrare ea quae 3, 109 de umbilico Italiae narrantur, ne Oehmicbenum quidem fugit. sed de opere postea videbimus, prius ipsos locos examinemus.

laudatur igitur Varro primum 3, 8 de pristinis universae Hispaniae incolis. ea quoque quae de Hercule ac Pyrene et Saturno tradebantur, apud eum scripta fuisse censeo. fragmentum vero ipsum parum apte eo loco invenitur[3]). at Varro ne potuit quidem in confinio Baeticae et Tarraconensis de universae Hispaniae incolis verba facere, nam haec aut tota Hispania pertractata aut id quod veri similius est, in principio descriptionis exponenda fuerunt. itaque a Plinio ea esse translata probabile est. cur vero hoc potissimum loco Varroniana inserta sint, haeseris. coniectura in promptu est: ibi primum de incolis alicuius partis Hispaniae Plinius verba fecit: *ab Ana autem Atlantico oceano obversa Bastulorum Turdulorumque est.* quibus commode illa quoque adnecti videbantur. agnoscimus autem auctorem Romanum Graecorum figmenta supplentem de suo vel corrigentem.

sequitur 3, 45 *abest* (Italia) *a circumdatis terris Histria ac Liburnia quibusdam locis*[4]) *centena milia, ab Epiro quinquaginta, ab Africa minus ducenta, ut auctor est Varro, ab Sardinia centum viginti milia, ab Sicilia M D, a Corcyra minus* $\overline{LXXX}$, *ab Issa* $\overline{L}$. quas mensuras ut universas Varroni tribuam quamquam in una tantum nominatur, eo commoveor, quod Histria post Varronem Italiae pars facta est. consentit autem mecum Oehmichenus[5]). sed cur in intervallo ab Africa potissimum

[1]) Plin. epist. 3, 5, 10.

[2]) *de Varrone et Isidoro.* Acta soc. Lips. III 1873 p. 432 sq.

[3]) idem sentit Oehmichenus *Plin. Stud.* 1880 p. 22, sed rem non explicavit.

[4]) quos apud Varronem nominatos fuisse consentaneum est. unde cadit opinio Detlefseni *(Die Beschreibung Italiens in der Naturalis Historia des Plinius und ihre Quellen* 1901 p. 9) qui a Varrone Italiam Arimino finitam esse ex eo loco conclusit neglectis vocabulis *quibusdam locis.*

[5]) *Plin. Stud.* 1880 p. 22.

indicando nomeu auctoris appositum sit quaesiverit quispiam. hoc propterea factum esse couicio quod 3, 87 diversam a Varrouiana rationem protulit Plinius[1]). mensuras vero suo loco collocatas esse vix est quod moueam. aptissime euim postquam de lougitudine et latitudine actum est, intervalla referuutur, tum de situ pergitur.

nec minus arte cum ipsa descriptione conexa sunt quae 3, 95 Varroni adscribuntur: (Italiae frous) *patet* $\overline{LXXXVI}$, *ut auctor est Varro, plerique* $\overline{LXXV}$ *fecere.* hic quam partem orae froutem Italiae Varro dixerit quaeritur. ex ipso autem numero apparet intellegendam esse oram inde a Locris usque ad Lacinium promunturium, quibus finibus illam notiouem recte circumscripsit Oehmichenus[2]), cf. 3, 97 *a Lacinio promunturio secundus Europae sinus incipit.* quam arto vero uecessitatis viuculo frontis illa notio cum tota Plini descriptione couiuncta sit, eo perspicitur quod ora dividitur in siuus et eas partes quae apertum mare prospectaut. has autem uotioue froutis Varro significat, cf. 4, 116 al. itaque frons Italiae ad eandem descriptionem pertiuet, qua ora Europae meridiana iu quattuor siuus partita est ad similitudinem quattuor illorum oceaui sinuum. ea autem partitio quiu Varroui debeatur, non est dubium, cf. Detlefsenus Hermes 21 (1886) p. 240 sq. addo hic quoque optime sententias et enuntiata coire.

ac ue 3, 101 quidem oratio hiat aut male cohaeret. uec ullo modo potest demoustrari ea quae 3, 109 et 3, 142 ex Varrone laudantur, postea esse iuserta. ueque euim recte Oehmicheuus[3]) fragmentum Varronianum 3, 142 inter tabulas quae Augusto debentur, collocatum esse coutendit. immo artissime illud cohaeret cum periegesi, iu quam Augustea a Pliuio inserta suut.

at 4, 62 uon est dubium quin Varroniana falsum locum occupaveriut. nam recte Oehmichenus[4]) monuit ea quae de insula Coo dicenda fueruut, ad insulam Ceou relata esse. error autem quin Pliuio sit crimiui dandus, nou dubito[5]). sed excusandus est quodammodo eo quod et Ceos insula et Coos uomine Cea appellata esse fertur, cf. 4, 62 et 5, 134. unde uascitur suspicio illa de vestibus Cois toto opere fere absoluto accessisse, certe postquam libellum illum de iusulis Plinius compilavit[6]). accedit quod hoc loco procul dubio Varronis testimouium

[1]) qua de re cf. infra p. 54.

[2]) *Plin. Stud.* 1880 p. 23.

[3]) l. l. p. 24.

[4]) Acta soc. Lips. III 1873 p. 435.

[5]) eadem turba de insulis Ceo et Coo facta est ap. Isid. orig. 14, 6, 18. sed hic Solinum exscripsit: 7, 20 p. 59, 4 Mo[2].

[6]) de quo paulo post agemus p. 25 sq.

extremae descriptioni adglutinatum est. quae cum ita sint, haud scio an liceat conicere Plinium postea ubi Varronis de vita p. R.[1]) libros adhibuit, in quibus illa commodissime locum habent, ex eis haec addidisse. sed cum plane incerta res sit, hoc tantum dico: ad legationum libros, quibus Oehmichenus supplementa Varroniana adscripsit, haec minime quadrare.

tum 4, 66 agitur de Delo insula ad M. Varronis aetatem non concussa motibus terrae. hic Plinius criticum se gessit. legerat enim apud Varronem Delum terrae motum non sensisse, deinde apud Mucianum invenit, eandem bis esse concussam. ergo inter Varronis et Muciani aetatem hoc factum esse conclusit. Mucianea autem sicut infra videbimus, postea inserta sunt, quae sententia hoc ipso loco comprobatur. contra Varroniana optime cum reliquis cohaerent, id quod Oehmichenus quoque sensit[2]).

porro 4, 77 in circuitu Ponti indicando agmen auctorum quorum mensuras Plinius profert, Varro ducit. eiusdem mensurae 4, 78 non solum priore loco, sed etiam diligentius accuratiusque quam Agrippeae adnotantur. unde et quanti Plinius eas aestimaverit et quam bene cum periegesi coniuncta sint, intellegitur.

laudatur deinde Varro bis 4, 115. 116. sed recte iam Detlefsenus[3]) 4, 114—116 Varroni adscripsit. diversa est autem haec descriptio ab ea quam Plinius ante proposuit. incipitur enim denuo a Minio quem Plinius sicut Limiam iam supra 4, 112 tractavit. item Aeminius 4, 115 exstat, sed iam 4, 113 *oppidum et flumen Aeminium.* dein gentes repetuntur 4, 116 Celtici[4]) Turduli iam antea commemoratae. in eis autem quae antecedunt recentiore quodam fonte usus est Plinius, de quo infra accuratius agemus.

restant duo libri sexti loci: 6, 38. 51. atque ea quae 6, 38 Varrone auctore referuntur optime cohaerere cum initio descriptionis maris Caspii 6, 36 ostendit Oehmichenus[5]) exclusis nimirum Isidori[6]) et Agrippae[7]) fragmentis. sed manet dubitatio utrum verba 6, 37 *non*

---

[1]) cf. Münzer, l. l. p. 251 sq.

[2]) *Plin. Stud.* 1880 p. 25.

[3]) commentationes Mommsenianae 1877 p. 23 sq. cf. Oehmichenus, *Plin. Stud.* 1880 p. 25.

[4]) sic cum σ et Roberto Crikeladensi recte Detlefsenus Philol. 36 (1877) p. 114.

[5]) l. l. 1880 p. 26.

[6]) *non minus . . . detrahit* $\overline{XXV}$ *p.*

[7]) *Agrippa . . prodidit.*

desunt . . tradunt tertio cuidam auctori debeantur au cum maris Caspii descriptione (6, 36. 38) bene cohaereant. illud mihi verisimilius est propterea quod et post Isidori Agrippaeque fragmenta illa leguntur et artissimo vinculo coniuncta sunt illa 6, 36 *inrumpit* (mare Caspium) eqs. et illa 6, 38 *inrumpit autem* eqs.[1]).

deniqne 6, 51 cum antecedentibns male cohaerere fragmentnm Varronis Oehmichenus[2]) vidit. tamen minus recte aliud Varronis opus respici censet. immo ea quae antecedunt ex alio fonte petita sunt. plnres autem se in illa parte adiisse libros ipse testatur Plinius 6, 51 *nec in alia parte maior auctorum inconstantia.*

itaque praeter nnum locum (4, 62) — nam de 3, 8 rem explicasse nobis videmur — Varroniana aut summa uecessitudine cum universa descriptione cohaerent aut causas ostendere possumus, cnr inserta sint suo loco. neque igitur quicquam obstat, quominus ad unum idemque opus omnia fragmenta — excepto fortasse illo uno 4, 62 — referamus.

iam ex quali Varronis opere ea sint petita videamns. inveniebantur igitur in eo mensurae (3, 45. 95. 4, 77. 115) et terrestres et maritimae, comparationes terrarum et marium quae pro tabulae imagine esseut: 6, 38 mare Caspium cum sicili lunari comparatur, actum erat de priscis terrarum incolis (3, 8), denique de conventibus iuridicis verba erant facta (3, 142): haec omnia non coeunt inter se, nisi ex opere geographico ea fluxisse statuimus. neqne enim legationum libri, de quibus post alios nuper Detlefsenus cogitavit[3]), aptam materiam praebebant: nil dico quod de eis plane uil scimus nisi titulnm, concedo de suis ipsius legationibus Varronem egisse: qni factnm esse censes, ut in illis libris e. g. de ambitu Ponti ageretur, quam regionem sicut nos quidem scimus, ueque oculis neque pedibus umquam Varro usurpavit? uam cum Pompei iu bello Mithridatico legatus esset, praeter oram meridianam vix egressus est. at hercle minus etiam de ora maritima libros[4]) afferre possumus, quorum naturam explicavit Ricardus Reitzenstein[5]), ita ut permirum sit antiqnum errorem a Schanzio repetitum

---

[1]) ad comparationem sicilis cf. Agathem. 3, 13 *μηνοειδὴς οὖσα* Dion. Perieg. 719 Strab. 508 Curt. 6, 4, 16. nam lunae sicilim dici comprobatur verbis *lunatis cornibus* cf. 3, 43 (in Varronianis) *per sinus lunatos.*

[2]) l. l. 1880 p. 26.

[3]) *Beschreibung Italiens* etc. 1901 p. 61.

[4]) cf. Oehmichenus Acta soc. Lips. III (1873) p. 431.

[5]) Hermes 20 (1883) p. 514sq.

esse[1]). nam iam Schweder[2]) monuerat fragmenta librorum eorum nullo modo ad Melam Pliniumque quadrare, item Müllenhoffius[3]). at idem Reitzensteinius certissima ratione demonstravit Varronis antiquitatum humanarum de locis libros in argumento geographico versatos esse. libro enim XI de Italia, libro XII de reliqua Europa, libro XIII de Africa atque Asia agebatur. his igitur libris Plinium usum esse iam pro explorato licet habere.

ac de Varroniani operis indole hactenus: Agrippae opus non minus ambigitur. saepius autem ille quam Varro a Plinio nominatim adfertur, sed non opus est de omnibus locis disputare, propterea quod hanc partem fere absolvit Oehmichenus[4]). summi vero momenti est Agrippae fragmenta omnia postmodo in contextum esse inserta. unde ab eo Plinium in componendo opere non esse profectum apparet. quale autem Agrippae opus Plinius adhibuerit quaerendum est. nam Detlefsenus[5]) cum fere nihil ei tribuatur nisi mensurae, ad orbem terrarum illum in porticu Vipsania pictum omnia rettulit. cui opinioni iam Alexander Riese occurrit[6]), qui ex Plin. 3, 17 collegit commentarios[7]) Agrippae extitisse, quibus usum Augustum tabulam proposuisse. neque male Schweder[8]) contulit Agrippae de aquis commentarios (Frontin. aqu. 101), Hannonis commentarios (Plin. nat. 5, 8) alia. ac profecto aegre tibi persuaseris ea quae 3, 8 ex Agrippa notantur, in margine tabulae pictae adscripta fuisse: *oram eam* (Baeticae) *in universum originis Poenorum existumavit M. Agrippa.* quamquam me sensum horum verborum non prorsus assequi ingenue fateor[9]); artius enim procul dubio Plinius *oratione utique praepropera* verba contraxit. sed si prolixiora fuere apud Agrippam, eo minus in tabula eorum locus fuit. quo loco Schanzius quoque[10]) recte utitur ad Detlefseni sententiam infringendam. deinde in tabula notari potuisse *a Pelusio Arsinoen Rubri maris oppidum per deserta CXXV p.* (5, 65) quamvis parum verisimile videatur, tamen non praefracte negaverim. sed verbosius etiam est illud 6, 39 *oram*

[1]) hist. litt. Rom. I p. 374.

[2]) in progr. Kiliensi supra laudato 1879 p. 18.

[3]) *Deutsche Altertumskunde* III 1892 p. 65 adn.

[4]) *Plin. Stud.* 1880 p. 10—21.

[5]) l. l. 1901 p. 29; idem progr. Glückstadt 1884 p. 4.

[6]) Geogr. lat. min 1878 p. IX.

[7]) de notione cf. Cic. Brut. 262.

[8]) *Beiträge* III 1883 p. 12. Philologus 54 (1895) p. 529.

[9]) cf. Scyl. per. 1 *ἀπὸ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων.*

[10]) hist. litt. Rom. II 1 p. 290.

omnem a Caso praealtis rupibus accessu carere per $\overline{CCCCXXV}$ *p. auctor est Agrippa.* at enim Plinius vel ipsum Vipsaniae porticus exemplar — magnum hoc profecto in homine Romano![1]) — semel consulnit 6, 139: ex eodem loco concludendum est, ubi non ad tabulam ipsam nos remisit, Plinium ea non usum esse, sed commentariis scriptis[2]). quos promulgatos esse apparet cum ex Plinio tum ex Strabone, apud quem in Italiae descriptione septies *ὁ χωρογράφος* vel *ἡ χωρογραφία* laudatur[3]).

extat autem indicium quo Agrippei operis indolem accuratius circumscribere possumus. in Tarraconensis enim Hispaniae ora describenda oppidum Baria commemoratur, inter Murgi et Carthaginem situm 3, 19 quod *adscriptum Baeticae* dicitur. quae nota ad iurisdictionem pertinere non potest. nam aliis tunc utitur Plinius verbis, cf. 3, 19 *in eam contribuuntur Icositani* (cf. 4, 117). 5, 2 *colonia Augusta Iulia Constantia Zulil regum dicioni exempta et iura in Baeticam petere iussa* (cf. 3, 142)[4]). accedit quod iusta causa non exstat, cur Baria alii provinciae contributa sit. nam et Icosium et Zulil regnis Numidiae et Mauretaniae circumdabantur. illud igitur *adscriptum* aliter accipiendum esse in propatulo est. iam vero si ab Agrippa Baeticam usque ad Carthaginem prolatam esse consideramus, cur illa notio adposita sit, ultro elucet. adde quod Ptolemaeus quoque quem Romanis fontibus uti notum est, *Βαιτίαν* Baeticae adscripsit (2, 4, 8). itaque Agrippae opere periegesin quoque comprehensam fuisse concludo.

cuius satis amplam partem manibus teneremus, si verum esset quod Oehmichenus exposuit[5]). is enim 5, 9 Polybio etiam verba *ab eo Lixum* $\overline{CCV}$ tribuit. quo facto tota paragraphus nona et insequens Agrippae necesse est adscribatur. similiter Curtius Fischer[6]) Polybiana per Agrippam ad Plinium pervenisse arbitratur. at ne uno quidem

---

[1]) certe Livius quamvis ab Augusto admonitus ut de Cossi spoliis opimis certiora requireret, Iovis Feretri templum adire supersedit, cf. 4, 20, 7.

[2]) aliud quoque ex hoc loco concludere licet. ait enim Plinius: *primo fuit a litore stadios X et maritimum etiam Vipsania porticus habet* eqs. unde cognoscitur minora oppidorum a mari intervalla, qualia saepe Plinius tradit, e. g. 3, 20, in tabula non fuisse adnotata.

[3]) cf. etiam Schweder Philologus 46 (1888) p. 297.

[4]) idem contra Iosephi Partsch sententiam (*die Darstellung Europas in dem geographischen Werke des Agrippa.* Breslau 1875 p. 27) valet, qui Bariam revera ad Baeticam provinciam etiam finibus contractis pertinuisse existimat.

[5]) *Plin. Stud.* 1880 p. 15sq. cf. Riese GLM. p. 5.

[6]) *Untersuchungen auf dem Gebiet der alten Länder- und Völkerkunde I: de Hannonis periplo* 1893 p. 117sq.

loco ullum scriptorem apud Agrippam laudatnm fuisse demonstratur, quae res summi sane momenti est ad indolem operis illius recte aestimandam. atqne hoc ipso loco certissima ratione assequi possumus, falsam esse cum Oehmicheni tum Fischeri sententiam[1]). nam si mensuras 5, 9. 10 contemplabimur, omnes multiplicatione numeri CXII ortas esse elncebit: *Lixum a Gaditano freto* $\overline{CXII}$ *abesse . . . portum Rutubis a Lixo* $\overline{CCXXIIII}$ *. . . dein sinum* $\overline{DCXVI}$ (i. $5^1/_2$. CXII). id quod casui tribuere non licet. nam $\overline{CXII}$ p. fere respondent 900 stadiis (896 st.). in illis autem regionibus dierum itineribus computatur, cf. 5, 10 *navigatione dierum ac noctium decem*[2]). igitur $\overline{CXII}$ p. duarum, $\overline{CCXXIII}$ quattuor, $\overline{DCXVI}$ undecim dierum itineri accommodata sunt. restat prima mensura 5, 9 $\overline{CCCCLXXXXVI}$ in qua cum numerus denarius et singularis conveniat, nascitur suspicio hic quoque illam compntationem subesse. facili autem opera restituitur nnmerus $\overline{DCCCLXXXVI}$ i. octies $\overline{CXII}$ h. e. sedecim dierum iter[3]). quo numero haud scio an totius navigationis illius spatium indicetur.

in hanc seriem nullo modo potest referri mensura Agrippae *ab eo Lixum* $\overline{CCV}$. accedit qnod ne qnorsns spectet quidem perspicitur. neque enim pronomen *ab eo* ad Anatim fluvinm referre licet[4]). plane igitnr abruptum esse fragmentum a Plinio in margine collocatum ut nescio qno loco insereretur, a servis librariis ad falsum locum relatum luce clarius est. nec magis hoc mirum quam 5, 65 mensuram a Pelusio Arsinoen falsum locum occupasse[5]). comprobatur autem egregie id quod Oehmichenus l. l. exposuit, postea inserta esse fragmenta Agrippae. hoc ne Schwederum quidem fugit, qni ad chorographiam qualem animo suo finxit, omnia relaturus est. itaque Agrippae mensuras in alia parte chorographiae atqne periegesim extitisse edixit, coniectura coniecturam effulciens.

transeamns ad Angnstum. cui tabulas oppidorum populorumque

---

[1]) ne Maximilianus C. P. Schmidt quidem Jahrb. 125 (1882) p. 124 Agrippae fragmentum recte circumscripsit.

[2]) ao Polyhins potissimum mathematicam geographiae rationem aspernatns est, cf. M. C. P. Schmidt, *de Polybii geographia* 1875 p. 32. H. Berger, *Erdkunde der Griechen* ²1903 p. 516sq.

[3]) de Anati fluvio plane nil scimus. neqne nlla probabilitate ex Plin. 5, 13 concludunt Asanam vel Asamam (Ptol. 4, 1, 3) eundem esse fluvium, quae sententia est Iohannis Schmidt Pauly-Wissowa I 2070. ao ne Ἀνίδης quidem Scylacis 112 apte potest comparari.

[4]) equidem haud scio an *ab eo* ad Atlantem pertineat, sicnt interpretatus est Solinus 24, 11.

[5]) qna de re cf. Oehmichenns *Plin. Stud.* 1880 p. 20.

ad elementorum seriem ordinatas deberi primus Detlefsenus [1]) perspexit, rem pertractavit Otto Cnntz [2]).

laudatur antem Augustus inter auctores librorum III et IV, non inter V et VI. id quod Schweder [3]) ita explicare conatur, ut Plinium hac re indicasse statuat, se non opus quoddam ab ipso Augusto perfectum adiisse, sed chorographiam eius instinctu compositam. quod si Plinius indicare voluisset, qno modo stultius facere potnerit non video. sed auferamus ridicularia. recte enim propter temporum rationes Cuntzius [4]) coniecit tabulas Asiae et Africae ab Agrippa compositas esse, Europae aliquas certe eo mortuo ab imperatore.

de indole antem operis Augustei non est qnod verba faciamus, propterea quod Cuntzius de eo recte indicavit. ac ne hoc qnidem dubitari potest, quin tabnlae in periegesin insertae sint. nil igitur periegesi cum Augusto. sed de hac re postea accuratius nobis agendum est.

sequitur Varro Atacinus. cuius chorographiae numquid deberet Plinius, nemo adhuc quaesivit. tamen eum ut poetam honoris potius causa nominatum esse consentaneum est. sed quin Plinius eius libros perlegerit, eqnidem non dubito.

de Cornelio autem Nepote intricatior quaestio est. decies is quidem in libris geographicis laudatnr:

3, 4 *T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt minus* $\overline{VII}$ *p., ubi vero plurumum* $\overline{X}$*:* fragmentum postea insertum esse qnam Plinius auctore Turranio prins enuntiatum scripsit, comprobatur ipsa ratione grammatica.

cum eodem T. Livio coniunctus est Nepos 3, 132 ubi artissime cohaerent quae de longitudine et quae de latitndine Alpium adnectuntur. hoc quoque loco postea additum esse fragmentum eo cognoscitur quod non post ipsam Alpium descriptionem interpositnm est, sed tota Italia cum Histria pertractata. neque vero ex ipso Nepote Plinius videtnr hausisse. nam corrigitur Nepos, id quod indicio est, alium quendam intercedere auctorem.

tum carpitur Nepos quod Histriae nomen ab Histro amne deduxit 3, 127 [5]). iterum autem corrigitur, nec tamen suam Plinius profert

---

[1]) comment. Mommsen. 1877 p. 34.

[2]) *de Augusto Plinii geographicorum auctore.* diss. Bonnae 1888 et *Agrippa und Augustus als Quellenschriftsteller des Plinius in den geographischen Büchern der Naturalis Historia.* Jahrb. f. Philol. Suppl. 17 (1890) p. 473—526.

[3]) *Beitr.* III (1883) p. 4.

[4]) 1890 p. 525.

[5]) cf. Münzer l. l. p. 334.

explicationem. nam quae diligentiores tradiderunt (3, 128) affert. quamquam hoc loco non ansim diiudicare, ntrum Nepotis correctionem addiderit de alio scriptore an eam cum Nepotis sententia coninnctam invenerit.

porro ea quae de Transpadana regione narrantur, maximam saltem partem ipsi Nepoti deberi communis videtur esse opinio, cf. Münzer l. l. p. 335. cui equidem non temere accedere velim [1]), licet eum de his potissimum regionibns a Plinio adhibitum admodum per se verisimile sit propter ea quae 3, 1 proposita sunt. tamen utrum ipsi haec debeantur an alio intercedente ad Plinium pervenerint, infra qnaerendum est.

nulla vero re indicatur alio intermisso ad eundem redire ea quae 4, 77 post aliorum sententias adsperguntnr: *Nepos Cornelius* $\overline{CCCL}$ *adicit.* quo de loco recte iudicat Oehmichenus *Plin. Stud.* 1880 p. 14. simili forma dicendi usus est Plinius 6, 5 *quo loco Enetos adicit Nepos Cornelius, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos XXX credere putat* [2]). nec minns evidenter apparet 6, 31 Nepotis testimoninm esse insertum: *aliqui inter Pontum et Caspium mare* $\overline{CCCLXXV}$ *p. non amplius interesse tradiderunt, Cornelius Nepos* $\overline{CCL}$.

tum 6, 199 qnoque Nepotis verba in reliquum contextnm inculcata esse elucet: Hannonis doctrinam male intellectam et male auctam protulit. Plinius vero adeo non fragmenta consuit, ut Polybium idem intervallum testari ac Nepotem eum fugeret. ipse enim Polybius mille passus idem plerisqne valere quod octo stadia pronuntiavit [3]). falso igitur quae eadem sunt, sibi opponuntur. ergo Polybi verba cnm Nepotis non fuere coniuncta. sed apud hunc Hannonis et Polybi doctrina conexa fuit, tamen nnm ipse conglntinarit admodum dubium est. similia 5, 4 ei tribnuntur: *minus profecto mirentur portentosa Graeciae mendacia de his et amne Lixo prodita, qui cogitent nostros nuperque paulo minus monstrifica quaedam de iisdem tradidisse, praevalidam hanc urbem maioremque magna Carthagine, praeterea ex adverso eius sitam et prope inmenso tractu ab Tingi, quaeque alia Cornelius Nepos avidissime credidit.* Graecum igitur anctorem Nepotis una cum ipso Plinius vituperat, qnem Eudoxum potius quam Polybinm fuisse vel propter castigationis acerbitatem verisimile est. cum 5, 4 vero coniungenda sunt quae 5, 8 leguntur: *fuere et Hannonis Carthaginiensium*

[1]) qua de re infra agemns.
[2]) de lectione infra disputabimus.
[3]) 3, 39, 8, aliter 34, 12, 3 (Strab. 323).

ducis commentarii . . . quem secuti plerique a Graecis nostrisque eqs. iterum eosdem auctores circumscribi videmus. quae opinio egregie confirmatur loco quodam secundi libri: 2, 169 agitur de oceano omnes terras circumfluente. Hannonis Eudoxique itinera[1]) adferuntur, quibus meridionalem partem Africae oceano allui probetur, Indorum quorundam usque in Germaniam commercia, qui tempestatibus a patria delati in Germaniam erant. inde mari septentrionali Europam Asiamque ambiri demonstratur. Hannonis autem iter ad aequoris continuitatem probandam plane inutile est, nisi iterum Endoxeam sententiam adnectimus. nam Hanno penuria frumenti coactus in patriam rediit[2]). illius igitur hic quoque scientia per Nepotem ad Plinium perlata est. conferendi autem sunt cum hoc loco duo Melae: 3, 90 et 3, 35. de quibus nuper egit Carolus Wagener[3]), qui rectissime nec Plin. 2, 169sq. nec Melae illos locos ex ipso Nepote fluxisse contendit. nam Plinium non Melae librum exscripsisse eo comprobatur quod et Mela inter auctores libri alterius desideratur et Plinius multa exhibet, quae Mela non praebet, velut Himilconis memoriam. uterque autem si Nepotis librum hio adiisset, plus quam mirum esset, utrumque eodem loco posuisse nomen auctoris. tamen Wagener in eo nimius est, quod Nepotem per primarium fontem ad Melam Pliniumque pervenisse edixit. id quod de Mela verisimile est, de Plinio aliter res se habet. sed de Mela infra videbimus[4]), nunc cum Nepote nobis res est. restat igitur ut quaeramus quis Plinio Nepotiana suppeditaverit. indicem autem libri II si consuluerimus, hanc inveniemus seriem: *T. Livio, Cornelio Nepote, Seboso, Caelio Antipatro.* unde iterum a Livio Nepotiana oblata esse conicio.

itaque postquam primum quidem alio intercedente scriptore Nepotem cognovit, Plinius procedente opere ipsum videtur adiisse, sed ita ut post auctores primarios eius librum legeret adnotaretque, si quid secus tradebatur memoriaque dignum visum est.

denique fragmenta si contemplati erimus, non chronicis libris ea tribuemus, quae propter synchronismum 3, 125 narratum proclivis erat

---

[1]) ad eundem Caeli quoque verba (= FHR p. 107 frg. 56) pertinere censet C. J. Neumann, Philologus 45 (1886) p. 385sq. quae coniectura sane adridet. tunc res se similiter habet atque 6, 199.

[2]) peripl. 18 *οὐ γὰρ ἔτι ἐπλεύσαμεν προσωτέρω τῶν σίτων ἡμᾶς ἐπιλιπόντων.*

[3]) *Zu Cornelius Nepos und Pomponius Mela.* Comment. Wölfflin. 1891 p. 1—6. cf. Schweder, Philologus 46 (1888) p. 30ω adn. 54 (1895) p. 539 Münzer l. l. p. 127. non recte dubitat Wissowa, Pauly-Wissowa IV p. 1411.

[4]) cf. p. 83sq.

coniectura, cui Münzer[1]) quoque cessit, sed potius chorographiae, sicut recte iudicavit Detlefsenus[2]).

iam temporum ordine Nepotem excipit Hyginus. hunc quoque opus conscripisse quo totus orbis terrarum amplecteretur, cum Unger[3]) et Bnrsianus[4]), tum nuper Münzer l. l. p. 130 opinati sunt. quae quidem coniectura cur minime mihi probetur exponam. nam quod Macr. sat. 5, 18, 16 eum neglegenter sic laudat: *Iulius Hyginus in libro secundo urbium*, ego ne flocci quidem facio. immo obstant complura testimonia, quibus diserte urbium Italicarum libri nominantur gravissimumque quod Münzer neglexit Serv. Aen. 7, 678 *de civitatibus totius orbis multi quidem ex parte scripserunt, ad plenum tamen Ptolemaeus graece, latine Plinius. de Italicis etiam urbibus Hyginus plenissime scripsit et Cato in Originibus.* opponuntur igitur hoc loco Hyginus et Cato qui Italiae finibus se cohibuerunt, eis qui terrarum orbem tractaverunt. unde rectissime Schanzius hoc loco usus est[5]), quo Münzeri sententiam everteret. tamen quod Hyginum praeter Italiam a Plinio adhibitum esse statuit, ut demonstrari nequit, ita verisimile non est. quod vero non solum in 3 libri indice eius nomen legitur, supra p. 8 explicare conatus sum. ac tamen ne in Italiae quidem enarratione multa Plinium ei debere haud scio an recte Münzer statuerit[6]). cum vero nusquam in ipso opere laudatus sit, quo ordine adhibitus sit explicare non possumus. certe inter primarios auctores non fuit. neque enim Italiae descriptio a reliquarum terrarum descriptione diversa est.

de L. Vetere et Pomponio Mela iam supra egimus, item de T. Livio filio. sed quale opus hic scripserit, restat quaerendum. ac Nepotis chorographia videtur usus esse, mensuras protulit, in Europa Africa Asia potuit adhiberi. itaque quamquam de eius opere nil traditum est, tamen in geographica materia id esse versatum elucet.

tum Statius Sebosus quis fuerit quando vixerit quid scripserit nescimus. solus enim Plinius eius memoriam servavit. laudatur autem in ipsis libris his locis:

6, 183 *Sebosus ab Aegypti extremis* (Meroen distare tradidit) |XVI|

---

[1]) l. l. p. 334sq. item Wissowa l. l. p. 1410.

[2]) l. l. 1901 p. 32. item Augustinus Hafner, *quaestiunculae Plinianae*. Neoburgii 1898 p. 3

[3]) *Der sog. Cornelius Nepos.* Abh. d. bayr. Akad. 16 (1881) p. 211.

[4]) Jahrb. 93 (1866) p. 768 adn. 14.

[5]) hist. litt. Rom. II 1 p. 330.

[6]) hariolari si fas est, ad Hyginum illud de Ameria additamentum 3, 114 pertinere conicio.

$\overline{LXXV}$[1]): hoc loco aut post Eratosthenem Artemidorumque h. e. post Isidorum, sicut postea exponemus, aut simul cum eis inspectus est. igitur primarius fons non est.

deinde 6, 201 et 202 de insulis orae Africae occidentalis praeiacentibus adfertur Sebosi auctoritas. mensuras ad centena stadia redactas esse Fischer l. l. monnit. tum fortasse eidem Seboso debentur quae 6, 200 ex Hannone referuntur. nam 6, 201 pergit Sebosus a Gorgonum insulis, de quibus Hannonea traduntur. per Africanum autem quendam auctorem ea Plinio tradita esse inde suspicari licet quod in Iunonis templo Carthaginiensi Gorgadum cutes spectatas fuisse testatur. Hanno enim ipse[2]) simpliciter Carthaginem se eas rettulisse prodidit. Sebosus autem utrum ex ipso Hannone hauserit an Iubae potius innitatur[3]), quem huius librum percognitum habuisse certum est, non diiudico, quamquam hoc propter ea quae infra de Iuba disputabuntur, plus veri similitudinis habet.

dein praeter geographicos libros Sebosus in libro IX adhibitus est, cf. ind. et 9, 46 *in Gange esse Statius Sebosus haut modico miraculo affert vermes brachiis binis sexaginta cubitorum, caeruleos, qui nomen a facie traxerunt*[4]).

scripsit ergo de Africa et Asia: chorographiam ab eo compositam esse proclivis opinio est, quae certa ratione demonstrari nequit. tamen Romae vel certe in Italia eum fuisse collegeris ex verbis 6, 202 *Sebosus tradit . . Fortunatus . . vocari Invallem a convexitate et Planasiam a specie:* hoc Fischer l. l. explicavit cl. Plin. 3, 80 *Planasia a specie dicta, aequalis freto ideoque navigiis fallax.*

a Plinio autem in oceani insulis describendis propterea adhibitus esse videtur, quod de eis *ipse prodebat* (3, 1).

denique praeter Arruntium, quem eundem esse qui historias belli Punici scripsit, qua probabilitate coniecerit Paulus de Rohden[5]) nescio, et Fabricium Tuscum, de quo praeter Plinium historia tacet, restat C. Licinius Mucianus. de cuius vita et scriptis egit Leopoldus Brunn[6]). qui fragmenta commode collegit nec tamen de totius

[1]) $\lceil\overline{XVI}\rceil$ $\overline{LXXII}$ E: $\overline{LXVI}$ $\overline{LXXV}$ reliqui. ultimum numerum in E corruptum esse eo apparet quod Sebosus stadiorum mensura usus est (cf. Fischer l. l. p. 72 sq.): non potuit $\lceil\overline{XVI}\rceil$ $\overline{LXXII}$ i. 13376 stad. exhibere in re tam incerta, sed $\lceil\overline{XVI}\rceil$ $\overline{LXXV}$ i. 13400 stad. in E pro V scripta U in II abiit.

[2]) peripl. 18.

[3]) qua de re cf. infra p. 44 sq.

[4]) de Mela 3, 62 cf. infra p. 85.

[5]) Pauly-Wissowa II 1262

[6]) *de C. Licinio Muciano.* diss. Lipsiae 1870.

operis indole recte videtur iudicasse. Mucianum enim opus eiusmodi composuisse coniecit[1]), quo regiones loca res quae ipse itineribus suis viderat descripsisset. attamen licet multi exstent loci quibus oculorum testimonium Mucianus arcessit, restant quae ad tale opus minime apta sunt. velut 3, 59 *paludem Pomptinam locum XXIIII urbium fuisse prodidit*[2]). quam notitiam ab incolis eius regionis, cum ex Asia Romam rediret, eum accepisse Brunnius suspicatus est. quae fabula plane incredibilis est neque umquam probabitur eis qui Italorum mores vel obiter cognoverunt. talia utique ex libris doctis hausta sunt. historiam autem quod Vossius (de hist. lat. lib. I cap. 27) a Muciano editam esse sibi persuasit, Brunnius optimo iure reiecit. necesse est igitur ipsa fragmenta Muciani examinemus, simul ut id quoque liqueat, quando ille a Plinio consultus sit.

ac de 3, 59 iam egimus: inserta esse Mucianea inter periegesim apparet. deinde 4, 66 *Delos quae diu fluctuata, ut proditur, sola motum terrae non sensit ad M. Varronis aetatem. Mucianus prodidit bis concussam.* quo de loco rectius quam L. Brunn l. l. p. 33 Oehmichenus iudicavit[3]): ex Muciano Plinium Varroniana supplesse. fragmentum autem postea additum esse ex abrupto sermone concludendum est. paulo post 4, 67 *Scyros quam circuitu patere* $\overline{XX}$ *prodiderunt veteres, Mucianus* $\overline{CLX}$. manifesto hic Muciani testimonium veterum sententiae additum tenemus. nec minus tamen manifestus est error Muciani qui studio nova proferendi se ipsum errasse non sensit. nam numerus CLX quin ab initio ad stadia pertinuerit, non potest esse dubium[4]). aliter enim diversitas explicari nequit. reliquae autem Muciani mensurae ad milia computatae sunt.

tum 4, 77 de Ponti ambitu Muciani quoque opinio affertur, non quod certiora ceteris protulerit, sed quia recentissimus ea de re egit. inserta est autem eius mensura post Agrippae.

eadem causa Plinius videtur esse commotus, ut Muciani sententiam

---

[1]) l. l. p. 24.

[2]) Mucianea hic postea addita sunt. nam quae sequuntur *dein flumen Aufentum* continuant orae descriptionem 3, 57 ante Theophrasti fragmentum abruptam. appendicis vice Mucianea esse ipsis verbis *aliud miraculum a Cerceis* eqs. indicatur. itaque quo iure Oehmichenus (Acta soc. Lips. III 1873 p. 437) eum in prima operis recensione adhibitum esse statuerit, non video. in universum autem illam de duabus recensionibus opinionem mihi non comprobavit.

[3]) Acta soc. Lips. III 1873 p 434 *Plin. Stud.* 1880 p. 25. cf. etiam supra p. 11.

[4]) hoc recte L. Brunn l. l. p. 32, quamquam falso Plinio errorem tribuere videtur.

adderet 5, 50 *inter Arsinoiten autem ac Memphiten lacus fuit circuitu* $\overline{CCL}$ *aut ut Mucianus tradit* $\overline{CCCCL}$, *et altitudinis quinquaginta passuum.* iterum Plinius Muciani utpote recentissimi auctoris numero addito vetustiorem auctorem videtur supplere. neque vero recentem doctrinam ille protulit. Herodoti enim locum 2, 149 quo usus est Mucianus, iam Brunnius l. l. p. 31 adnotavit [1]). addita esse autem Mucianea hic quoque apparet.

idem non minus patet 5, 128 quo de loco infra nobis agendum est, cf. p. 79 et 5, 132 (Rbodus) *distat ab Alexandria Aegypti* $\overline{DLXXXIII}$ *ut Isidorus tradidit, ut Eratosthenes* $\overline{CCCCLXVIII}$, *ut Mucianus* $\overline{D}$. Mucianus hoc loco mensuram minime accuratam exhibet, quam Plinius adscripsit propter hominis aestimationem.

contra aliter res se habet 5, 83 (Euphrates) *oritur in praefectura Armeniae maioris Caranitide, ut prodidere ex iis qui proxime viderant, Domitius Corbulo in monte Aga, Licinius Mucianus sub radicibus montis quem Capoten appellat* eqs. quo loco quamqnam Eupbratis descriptione periegesis interrumpitur, tamen Mucianea cum illa artissime cohaerent. Corbulonis autem notitiam per Mucianum ad Plinium pervenisse satis probabiliter Brunnius statuit p. 34, ubi rectissime 2, 180 quoque Corbulonis nomen ad Mucianum revocavit.

praeterea in altero libro semel laudatur Mucianus 2, 231 in longa serie miraculorum [2]), quam a Plinio ipso ex diversis auctoribus compositam esse propter abruptum totius enumerationis sermonem conicio.

sed non opus est omnia pertractare fragmenta quae per magnam partem Naturalis Historiae dispersa sunt: in geographicis libris Mucianea ab initio cum periegesi coniuncta non sunt ac ne 5, 83 quidem ubi in continua narratione inveniuntur.

de opere autem ipso qnid statuamus, benigne accipias. in fragmentis Mucianeis id potissimum legentem offendit, quod suis locis miracula adscribuntur. id quod vix semel desideratur. nam ut exemplum ponam, 32, 62 non in universum de ostreis loquitur Mucianus, sed de Cyzicenis, quibuscum cetera comparantur. in Cyzici igitur descriptione ea versantur, non in disputatione quadam de ostreis. quod vero Plinius 8, 201 et 8, 215 locos non exhibet, ipsi tribuendum videtur. nam Mucianum sicuti alibi non solum quid vidisset, sed etiam

[1]) quamquam quod pro voce *ὀργυιά* cubitum a Muciano substitutum esse dicit, errat. nam licet satis inepte altitudo passibus computetur, tamen si spatium spectaveris, admodum quadrat notio passus.

[2]) de re cf. Paus. 6, 26, 1 sq.

qno loco, exposuisse conieceris, Plini autem in libro quo de animalibus res est, non intererat, qno loco caprae cuinsdam vel simiae sollertia observata esset. quibus de locis recte Brunnius l. l. p. 22 egit. similiter 36, 134 Plinins rem tantum rettulit, quam Theophrasto accito de qnodam loco tradiderat Mucianns. nam eo auctore hic usus est, nt qnae viderat aut acceperat, confirmaret et ad singulos locos adhiberet qnae Theophrastus in universnm contenderat, cf. H. Stadler, *die Quellen des Plinius im 19. Buche der nat. hist.* 1891 p. 48. at Mucianus etiam de terris egit quas enm adiisse nescimns. id qnod de Rubro mari (9, 67) Brunnius ipse concedit l. l. p. 25. idem de Aegypto (5, 50) valere quis coniecerit, quam nisi imperatorum permissu senatores aut equites Romani inlnstres ingredi vetiti erant (Tac. ann. 2, 59). adde quod ibi Herodotea narravit.

itaque Mucianum non qnae gesserat, sed quae viderat vel fando acceperat, opere suo complexum esse plane Brunnio adsentior. neque contra hanc sententiam facit qnod 12, 9 Mucianus se intra platannm quandam epnlatum narrat. neque enim haec propter cenam relata sunt, sed propter arboris miraculum. opere autem qnae terrae tractatae fuerint videamns. affertur eins testimoninm de Asia Lyciaque potissimum, sed etiam de insnlis maris Aegaei. qnas regiones eum peragrasse certo scimus. unde Brunni nata est sententia, eas tantum terras fnisse descriptas, qnas itineribns Mucianns adiisset. cui id potissimnm favere putat, quod de Germania Gallia Britannia Hispania Africa — nam Aegyptum ad Asiam rettuleris — nnmquam landatur. id quod sane vernm est. tamen de indole eius operis hinc nil certi effici cognoscitur. neque enim praeter 4, 102 nmqnam in Europae occidentalis descriptione Isidori vestigia inveniuntur ac ne Sebosns quidem praeter Africam videtur adhibitus esse. ntrumqne vero auctorem amplius opns scripsisse non sine probabilitate conicimus. tamen si Brunni coniectura omnes difficultates solverentur, non esset qno ei repngnaremus. sed in ipsis fragmentis nonnulla inveniuntnr, quae ad opinionem qualem Brunnins animo concepit, non apta esse videantur. nam 3, 59 sic explicari non posse monnimus, de 5, 50 et 9, 67 modo haesimns. idem de mensuris valet. an putas Mncianum cum exercitn ex Syria per Thraciam Italiam petentem, cum Bosporum transiceret, de Ponti ambitu cogitasse, eo potissimnm tempore quo de amici imperio agebatnr?

contra ad chorographiam omnia commode referri posse videntur. quam sententiam infra firmare conabimur. de tempore vero Brunnius haec statuit: cum in Syriae descriptione a Plinio Mucianus non ad-

hibitus esse videretur, illnd opus ante legationem Syriacam h. e. ante a. 67 p. Chr. scriptum esse. cui opinioni haec oppono: 5, 128 qnae de Arado insula adicinntur, qnomodo a Syriae descriptione disiungi possint, equidem non video. nam sibi ipse contradicit Brunnius p. 26 qnod Mucianum illam insnlam tetigisse censet, cum bello priore Corbulonis confecto, cuius particeps fuerat, Romam rediret. at si Aradum tunc pervenit, in Syria qnoque eum fuisse necessario statuitnr. ergo si itinera descripsit, etiam Syria describenda fuit. at nullo iure Brunnins a Mnciano de eis terris non actum esse statuit quas posteriore bello Corbulo adiit. quae opinio progenita est ex falsa de libri Mucianei indole sententia. quod vero in Hispania Gallia Britannia Germania nec non in Africa operis Mucianei vestigia non exstant ulla, optime convenit ad Plini illud propositum 3, 1. nam praeter ipsam terrarum quarundam cognitionem vix ulla laude in universum dignus est Mucianus. ne vero Mucianum complura opuscula composuisse quis censeat, unnm est imprimis impedimento. Plinius enim nbi Mncianum laudat, saepissime adicit trinm consulatum mentionem, etiam tum cum parum ei auctoritatis vindicat, velut 2, 221 *Mucianus ter consul credit;* cf. 3, 59. 8, 6. 12, 9. 13, 88. 14, 54. 16, 213. 19, 12. 34. contra 35, 163 recte Brunnius p. 44 a magno illo opere unde reliqna fluxere secrevit. ibi quoque tempus accurate circnmscribitnr: *Mucianus altero consulatu suo.* qno fit nt in illa tertii consulatus commemoratione non solam dignitatis, sed etiam temporis significationem subesse suspicer. quae coniectura si probatur, post annum 73 p. Chr. opus illud geographicnm Mucianus edidit [1]).

nnnm denique nolim praetermittere, qnod sicnt ad Brunni, ita ad nostram sententiam parum quadrare forsitan videatur. nam quae 28, 29 de medicina quadam ab Mnciano adhibita narrantur, ea quo vinculo cnm reliqua materia operis coniuncta fuerint non liqnet. sed qnamquam Muciani nomen inter anctores libri eius exstare Brunnins p. 28 adfirmat, tamen id ibi coniectura niti eum fngit (cf. etiam p. 44). quae cum ita sint, suspicio augetnr, ea omnino non ex libro scripto Plininm accepisse, sed ex Mnciani ipsins ore. nam qnin eo familiariter usus sit, vix dubinm est. uterque enim apud imperatorem gratia valebat.

in calce paucis absolvendi sunt Domitius Corbulo et Claudius

[1]) Eugenius Oder Philol. suppl. VII 1899 p. 292 adn. 84 ut Senecae aliquem locum Muciano tribuere possit, huius opus annis 62 et 63 compositum esse conicit. quae opinio parum probabilis est.

Caesar. illius de bello Armeniaco opus Plinium ipsum evolvisse statuit E. Egli[1]), uos modo cum Brunnio 5, 83 Mucianum interposuimus. idem de 2, 180 Brunuius p. 34 demonstravit. quamquam de Seboso nugatur. atque etiam 6, 40 error eorum corrigitur, qui in Armenia res proxime cum Corbulone gessere, quo de loco recte iudicat Brunnius p. 37.

denique Claudius Caesar citatur inter auctores librorum 5. 6. 12. 13. unde cognoscitur ea quae de coloniis a Claudio deductis etiam in libris 3 et 4 notantur, minime ex ipsius operibus hausta esse. in libris autem 5 et 6 quater laudatur: 5, 63 de magnitudine Mareotidis lacus; 6, 27 de longitudine et latitudine Armeniae maioris, quo loco una cum Aufidio Basso nominatur. cum vero hic iu indice non exstet, non ipse adhibitus esse videtur. Claudium cur nou Plinio praesto fuisse censeamus infra exponemus. hoc autem loco optime eius verba coniuncta sunt cum descriptione, sed 6, 31 ubi de intervallo quod est inter Bosporum Cimmerium Caspiumque mare deque Nicatoris Seleuci consilio utrumque coniungendi agitur, quin eius testimonium non ab initio cum antecedentibus coninnctum fuerit, dubitari nequit. quod nisi ita esset, verba *tantis iterum angustiis infestatur Asia* post Claudi fragmentum collocata essent, quippe quo minus etiam intervallum significaretur.

tum 6, 128 de miraculo aliquo Tigridis et Arsaniae fluvii eo auctore agitur. hanc rem haud scio an liceat ad idem opus referre, quod 12, 78 laudatur: arborem quandam Arabicam *cum miraculo historiis Claudi Caesaris praedicatam.* eodem pertiuet procul dubio aliud miraculum 7, 35[2]). quae cum ita sint, fortasse coniectura non nimis audaci reliqua quoque ad historias referuntur, quae est etiam Peteri sententia[3]). nam de geographico opere eius nil scimus. ipsum librum Plinium manibus teuuisse non veri simile est. sed si quaerimus, cui Claudiana debeantur, ultro occurrit Mucianus, qui de Armenia principalis Plini auctor fuit[4]). adde quod vicina Mucianeis illa inveniuntur.

Romanos auctores percucurrimus, iam Graecos adgrediamur. ac primum quidem illum *ἀνωνύμου περὶ νήσων* librum contemplemur,

---

[1]) *Feldzüge in Armenien von 41—63 n. Chr.* (*Büdingers Untersuchungen zur römischen Kaisergeschichte* I 1868) p. 337 sq. si modo eius verba recte intellego. nam Brunnius contrarium inde effecit.

[2]) num 13, 79 ex libro aliquo Claudi fluxerit haereo.

[3]) FHR 1883 p. 295 sq.

[4]) hoc postea firmabimus.

cuius memoriam Godofredus Kentenich redintegravit[1]). qui illum librum a Plinio ipso inter chorographiam interspersum esse recte observavit. neque enim eius fragmenta certum quendam in descriptionibus locum tenent, sed modo in fine adnexa sunt (sicut 4, 64), modo in medio collocata (e. g. 5, 129), modo post ipsum nomen descriptionem ducunt (ut 5, 140). auctores autem quos in illo opere doctrina scatente nominatim adlatos fuisse constat, praeter tenuia vestigia in IV et V indice inveniuntur.

tertii enim libri hnc pertinent Sardiniae *μετονομασίαι*: 3, 85 qnae Timaeo et Myrsilo auctoribus traduntur. dein sequente paragrapho haec suo libro Kentenichius vindicavit: *Sicilia Sicania a Thucydide dicta, Trinacria a pluribus aut Trinacia a triangula specie.* Thucydidis nomen cum in IV indice inter auctores eius libelli exstet, quin Sicaniae nomen ex illo libro petitum sit, vix est quod dubites. de reliquis vero ambigo. licet enim conferre Strabonis 265 *ἐστὶ δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος τῷ σχήματι καὶ διὰ τοῦτο Τριναχρία μὲν πρότερον, Θρινακία δ'ὕστερον προσηγορεύθη μετονομασθεῖσα εὐφωνότερον.* unde nomina Trinacriae et Thrinaciae in chorographiis ferri solita esse probatur. accedit gravius: libelli enim auctor ordinem temporum quantum fieri poterat servare conatus est[2]). tnnc vero Homericum nomen Trinaciae ante Thucydidis Sicaniam collocandum fuit.

praeterea ex auctoribus illius libelli Callimachus in fine libri tertii nominatur: 3, 152 *Melite unde catulos Melitaeos appellari auctor est.* eadem non de Illyrica illa insula, sed de altera refert Strabo 277 *Μελίτη ὅθεν τὰ κυνίδια ἃ καλοῦσι Μελιταῖα*[3]). qnae Kentenichius merito ab illo libello procul habet. neque enim de nominis mutatione, quae est eius materia, agitur et Callimachi doctrina etiam 3, 139 alio rivo ad Plinium pervenit.

in III autem indice Thucydidis nomen apparet, Timaei Myrsilique desiderantur. qua re ipsa Sardiniae nomina postea inserta esse demonstratur.

in IV vero indice iuxta leguntur haec nomina[4]): *Timaeus Myrsilus Alexander Polyhistor Thucydides Dosiades* (58) *Anaximander* (58) *Philistides*

---

[1]) *Analecta Alexandrina* diss. Bonnae 1896 p. 5—17. similiter atque ille de plerisque iam Oehmichenns indicavit Acta soc. Lips. III 1873 p. 437 *Plin. Stud.* 1880 p. 4sq quamqnam Isidoro ea falso tribuit. cf. etiam Schweder progr. Kiel 1879 p. 15 Philologus 46 (1888) p. 315.

[2]) cf. Kentenichius p. 10.

[3]) at cf. Steph. s. v. *Μελίτη*. unde Strabonem errare elucet.

[4]) adieci numeros paragraphorum quibus in textu auctores laudantur.

Mallotes[1]) (58. 120) *Dionysius* (64) *Aristides* (64. 70) *Callidemus* (64) *Menaechmus* (64) *Aglaosthenes* (66) *Anticlides* (67) *Heraclides* (70). deinde interponuntur auctores, qui non ad illum libellum pertinent (*Philemon . . . Isidorus*, cf. 4, 97). quos excipiunt nomina in ipso libro non landata:

Philonides (5, 129)
Xenagoras (5, 129)
Astynomus (5, 129)
Staphylus (5, 134)
Aristocritus (5, 135)
Metrodorus[2]) (5, 136)
Cleobulus (5, 136).

in V indice repetuntur eodem ordine hi insertis post Staphylum Aristotele (5, 135) quod nomen ante Aristidis vel Aristocriti facile vel a librariis potuit omitti[3]), item post Staphylum Dionysio (5, 134), post Aristocritum Ephoro (5, 136) qui in IV indice priore iam loco nuncupati sunt. in sexto denique indice praeter Ephorum Timaeum Callimachum, quorum thesauros alia quoque via Plinio innotuisse certum est, nemo ex illis auctoribus laudatur. ac ne fragmenta quidem in illo libro exstant. quae cum ita sint, libellum a Plinio, sicut ipsa res ferebat, — nam maris interni insulae tractatae erant — ad libros IV et V potissimum adhibitum esse in propatulo est, auctores autem ibi arcessitos primum indici IV adscriptos esse omnes, deinde repetitos eos qui in V quoque libro nominatim adferuntur, in V indice. cum vero libellus sine nomine auctoris ferretur, id quod mihi Kentenichius persuasit, diligentissime Plinius auctores ibi laudatos adnotavit.

μετονομασίαι igitur illo libello continebantur, auctorum nominibus modo indicatis, modo omissis[4]) (cf. 4, 67 de Paro Naxoque, 4, 68 de Icaro, 4, 73 de Thaso, 5, 132 de Rhodo, 5, 139 de Lesbo, 5, 140 de Tenedo). quamobrem nescio cur alias *μετονομασίας* insularum a suo libello Kentenichius excluserit[5]), velut 4, 70 *Sicinus quae antea Oenoe, Heraclia quae Onus, Casos quae Astrabe, Cimolus quae Echinusa Melos (cum oppido) quam Aristides* eqs. . . . *Hypere quondam Patage, ut alii Platage, nunc Amorgus . . . Thera cum primum emersit Calliste dicta . . . Automate eadem*

[1]) Cratetis nomen in indice omissum est propterea quod iam antea scriptum est.

[2]) huius nomen in III quoque indice exstat, sed 3, 122 non ex illo libello manavit.

[3]) laudatur autem Aristoteles etiam 4, 65. 66. 70 inter fragmenta illius libri.

[4]) quae differentia utrum ad ipsum libellum an ad Plinium referenda sit ambigo.

[5]) nam omnia se adscripsisse, quae ad libellum spectarent, ipse profitetur p. 5.

Hiera[1]). hic cur Meli nomina ad illum libellum referantur, reliquarum insularum aliunde petita esse dicantur, equidem non video. praeterea eodem spectare videntur haec:

4, 54 *Cephallania quondam Melaena dicta.*
Zacynthos aliquando appellata Hyrie.
4, 56 *Cythera . . antea Porphyris appellata.*
4, 57 *Aegina . . ante Oenone vocitata.*
4, 65 *Siphnus ante Meropia et Acis appellata.*
4, 69 *Ios . . antea Phoenice appellata.*
4, 72 *Peparethum . . quondam Euoenum dictam.*
4, 93 *Achillea . . eadem Leuce et Macaron appellata*[2]).
5, 131 *Dionysia prius Charaeta dicta.*
5, 133 *Casos Achne olim, Nisyros Porphyris antea dicta,* cf. 5, 134 *Nisyron quae Porphyris antea dicta est.*

deinde de 5, 137 *Tellusa quam alii Daphnusam scribunt* dubitaveris. sed non aliena sunt haec:

5, 151 *Elaphonnesus . . eadem Neuris et Proconnesus dicta.*

denique fortasse conferre licet 3, 93 *Lipara . . dicta a Liparo rege, qui successit Aeolo, antea Melogunis vel Meligunis vocitata.* quamquam cf. Strab. 175 ἡ Λιπάρα . . ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελιγουνίς.

certe non huc pertinet: 6, 32 *Chalceritis quam Graeci Ariam dixerunt Martique sacram et in ea volucres cum advenis pugnasse pinnarum ictu.* neque enim in sexto libro illius libelli alia exstant vestigia neque nominis tantum mutatio indicatur.

Graece eum conscriptum fuisse Kentenichius propter 4, 120 censet Oehmichenum secutus[3]). verba autem sunt haec: *vocatur* (Gades) *ab Ephoro et Philistide Erythea, a Timaeo et Sileno Aphrodisias, ab indigenis Iunonis. maiorem Timaeus Potimusam a puteis vocitatam ait, nostri Tarteson appellant, Poeni Gadir, ita Punica lingua saepem significante.* hic non recte dici affirmant: *nostri Tarteson appellant*: cf. 3, 7 *Carteia Tartesos a Graecis dicta* (Mela 2, 96). itaque Plinium neglegentia *nostri* scripsisse, ubi Graecos dicere debuisset. at hercle nullo loco pronominibus *nos* et *noster* alio sensu Plinium uti nisi de Romanis merito Oehmichenus dixit[4]). hoc uno eum errasse. ac multa apud Plinium stultitia vel socordia esse peccata quis est qui neget? sed eum eo indiligentiae processisse, ut ubi apud Graecum auctorem ἡμεῖς vel sim.

[1]) cf. 2, 202.
[2]) de hoc loco cf. infra p. 78.
[3]) *Plin. Stud.* 1880 p. 8.
[4]) Acta soc. Lips. III 1873 p. 427.

legerat, simpliciter *nos* sim. verteret, demonstrandum fuit. ac vide quid lucremur, si Plinium ibi errasse statuamus. qnid? Timaeo nonne Graeco Plinius diserte suos opponit? nec potuit Graecns auctor Timaeo *τοὺς ἡμετέρους* opponere.

quae si recte disputavimus, necessario sequitur non Graecos, sed Romanos Gadem Tartesi nomine significasse. unde de lingua qua ille libellns compositns erat, certe nil efficitur. tamen latine eum fuisse conscriptum verisimilius est. cni opinioni favet 4, 62 quem locum non ausim ab eo divellere: *Ceos . . quam nostri quidam dixere Ceam, Graeci et Hydrusam*, ubi eodem modo quo 4, 120 *nostri* Graecis opponuntur. itaque libellum a Romano quodam compositum esse indico, quem Graecam compilasse doctrinam non est mirnm. aliud qnoque de hoc libello observandum est. additamenta ex eo addi iam supra monuimns. ac rectissime idem Oehmichenus propter usum pronominis *ipse* 3, 85 contendit[1]). at paulatim familiarius usus est Plinius illo libro, ita ut procedente opere cum ipso contextu melius hic illic cohaereant qnae inde sumpsit. quid? quod Casi et Nisyri *μετονομασίας* cum ipsis insulis bis commemoravit? nam 4, 70 *Casos quae Astrabe* legitur, 5, 133 autem *Casos Achne olim.* alterum vero corruptum esse consentanenm est. item 5, 133 *Nisyros . . Porphyris antea dicta* repetitur paulo post 5, 134 *Nisyron . . quae Porphyris antea dicta est.* quae quomodo explicanda sint quaeritur. atque ego pridem Plinium, ne quid in Aegaei maris insulis oblivione periret, in exemplari quod primarium sequebatur, ex tenui illo libello notnlas adspersisse conieceram. qnas bis binis locis in contextum receptas. quae explicatio nunc ipsi mihi parum probatur. sed alia in promptu est. Cason enim bis enumerari ex diversitate fontium explicandnm videtur, ita nt 4, 70 periegesin secutus eam commemoraverit, 5, 133 alinm auctorem, puta Isidorum. sed de Nisyro haec explicatio non valet. igitur cnm bis eius nomen legatur, bis Plinius notulam adscripsisse putandus est. nimirum opere iam absoluto in illnm de insulis libellum Plinius incidit ex eoque *μετονομασίας* addidit[2]). quod vero eisdem verbis latinis *(antea dicta)* utitur, latinum fontem indicat.

iam vero si recte 4, 70 ampliora quam Kentenichius, ad illum libellum rettulimus, eodem loco ad tempus paulo accuratius definiendum uti possumus: Hiera enim enata est anno a. Chr. n. 66[3]). post id

[1]) cf. *Plin. Stud.* 1880 p. 11.

[2]) Nisyros insula haud scio an distinguatur additis iterum illis verbis ab oppido Nisyro paulo ante commemorato.

[3]) Plin. nat. 2, 202.

igitur tempus libellus ille conscriptus est[1]). deinque alibi vestigia eius libelli inveniri posse desperat Kentenichius. ac sane merito Diodorea procul habet. sed fortasse tenue vestigium exstat ap. Amm. 17, 7, 13 ubi haec: *Rhodus Ophiusa et Pelagia prioribus saeculis dictitata*: Ophiusae nomen inter complura ap. Plin. 5, 132 exstat, at Pelagiae inter ea frustra quaesiveris. accedit sermonis quaedam similitudo: *prioribus saeculis dictitata*, si ex Ammianeo genere dicendi ad priorum simplicitatem redigimus, *antea dicta* est. si vero iure haec ad illum librum referimus, latine eum conceptum fuisse, etiam veri fit similius.

sed sive cum Kentenichio artioribus finibus eum circumscribimus, sive secundum meam opinionem paulo amplius constituimus, sive graece sive latine scriptum existimamus, removendus erat peculiaris ille libellus, prinsquam de graecis auctoribus in universum ageremus. iam de eis legem Brunnianam non valere Kentenichius demonstravit[2]). nam commune quoddam fundamentum indicum IV V VI est. itaque ordinem quendam auctorum a Plinio ex fonte translatum, quem huiuscemodi constituit:

Hecataeus Hellanicus Damastes Eudoxus Dicaearchus Timosthenes Eratosthenes Ephorus Crates Hipparchus Panaetius Serapion Callimachus Artemidorus Apollodorus Agathocles Polybius Timaeus Siculus Herodotus Myrsilus Alexander Polyhistor.

quem non ab ipso Plinio esse compositum facile concesseris, praesertim cum Hecataeus Hellanicus Damastes apud Agathemerum quoque una legantur: 1 GGM. II 471. ac priore parte usque ad Panaetium et Serapionem geographorum indicem exstare, in quo Ephoro excepto[3]) temporis ordo diligentissime observatus sit, recte Kentenichius statuit. atque hactenus omnia probabilia sunt, quae ille exposuit. quod vero alteram partem historicorum laterculum esse dicit, admodum mirandum est. quid? Alexander Polyhistor nonne melius apud Plinium in geographorum ordinem receptus esset? non Artemidorus ab historicorum catalogo plane alienus? itaque quae ex bipartito indice ille conclusit, approbare nequeo. immo cum in altera parte ordo conspicuus sit nullus, eam temere conflatam esse indico. neque igitur omnino cum priore conferri potest. quae cum ita sint, haud scio an melius ac probabilius graecorum auctorum laterculum ab indice IV ad V et VI translatum esse statuamus, id quod in Romanis auctoribus factum esse supra demonstratum arbitror. sic ex lege Brunniana apud Graecos quoque parum anxilii esse Kentenichio concedo.

[1]) de alio temporis indicio infra disputabimus.

[2]) l. l. p. 17 sq.

[3]) hunc modo ante modo post Eratosthenem legi adnoto.

ac Schweder quidem[1]) omnes fere graecos auctores Plinio non ipsos praesto fuisse censet, sed iam coniunctos fuisse in unico illo qui numquam fuit fonte Romano: multos ex eis Plinium ex fontibus transtulisse facile concedo. quo in numero imprimis eos esse probabile est, qui in illo catalogo ad temporis ordinem composito landantur, praesertim cum nonnulli ex eis in ipso contextu librorum 3—6 nusquam citentur. hos igitur statim ab initio seponere licet: dico Hellanicum Damasten Dicaearchum Cratetem — nam 4, 58 ex libello de insulis eius nomen fluxit — Hipparchum Panaetium Serapionem. quos eo magis hic neglegere possumus, quod nonnullos ex eis — Hipparchum dico et Panaetium — mathematicae potius geographiae operam dedisse scimus, quam chorographiae. sed de reliquis iam agamus.

atque exordium sumimus merito a summo totius antiquitatis geographo, ab Eratosthene, qui exstat inter auctores librorum 2. 4. 5. 6. 12. 22. eum non a Plinio ipsum lectum esse censet H. Berger[2]). quod indicium quam verum sit, vel inde cognoscitur quod inter auctores tertii libri, quamvis in ipso laudetur 3, 75, Eratosthenis nomen desideratur. quo loco eius doctrinam per Varronem ad Plinium manasse Detlefsenus demonstravit[3]). eodem rivo ea perlata est 6, 3: *mensuram Ponti a Bosporo ad Maeotium lacum quidam fecere* |XIII| XXXVII *D*[4]), *Eratosthenes* C̄ *minorem.* nam 4, 78 Varroni mensura Eratosthenea tribuitur. cf. etiam 4, 77 *Varro et fere veteres.*

deinde cum periegesi arte conexa sunt Eratosthenea his locis:

5, 39 *Eratosthenes a Cyrenis Alexandriam terrestri itinere* D̄CCV *prodit.* tum postquam Agrippae fragmentum ab eis alienum insertum est, pergitur: *Polybius et Eratosthenes diligentissimi existimati ab oceano ad Carthaginem magnam* |XI|[5]), *ab ea Canopum, Nili proximum ostium,* |XVI| XXXVIII. haec non ex ipsis auctoribus sumpta esse propter illa *diligentissime existimati* Oehmichenus cognovit[6]). tamen quod una cum sequentibus mensuris Isidoro adscribit, parum probatur. nam is diligentius significato fine, sed non revera alio, a Tingi mensus est. deinde haud scio an notio Carthaginis *magnae* Romanum ostendat

[1]) Philologus 54 (1895) p. 535.

[2]) *Die geogr. Fragmente des Eratosthenes* 1880 p. 16.

[3]) cf. Hermes 21 (1886) p. 240 sq.

[4]) de hoc numero cf. Müllenhoffius *Deutsche Altertumskunde* III 1892 p. 66 et Detlefsenus, Philologus 46 (1888) p. 695. eidem Europae latus dici cognoverunt, cf. etiam Berger l. l. p. 330.

[5]) de numeris cl. Strab. 64 emendandis (|X| et |XVI| LXXXVIII) cf. M. C. P. Schmidt *de Polybii geographia* diss. Berolini 1875 p. 17.

[6]) Acta soc. Lips. III 1873 p. 439 et *Plin. Stud.* 1880 p. 2.

auctorem[1]). dein 5, 41 quoque cum periegesi cohaerere infra demonstrare conabimur: *clarissima* (insula) *est Meninx longitudine* $\overline{XXV}$, *latitudine* $\overline{XXII}$, *ab Eratosthene Lotophagitis appellata.*

porro 5, 47 Timosthenis et Eratosthenis mensurae ab Isidoro non fluxerunt. nam quod Isidorus universam Asiam cum Aegypto se metiri praedicat, non intellegitur, nisi apud eum mensura antecessit, qua Aegyptus ab Asia separata erat.

nec minus his locis Eratosthenea cum periegesi coniuncta sunt:

6, 56 *quae pars orientis adversa, recta praetenditur spatio ad flexum et initio Indici maris* $|\overline{XVIII}|$ $\overline{LXXV}$ *colligit, deinde a flexu in*[2]) *meridiem* $|\overline{XXIII}|$ $\overline{LXXV}$ *ut Eratosthenes tradit, usque ad Indum qui est ab occidente finis Indiae.*

6, 81 *Eratosthenes et mensuram* (Taprobanes) *prodidit, longitudinis* $\overline{VII}$ *stadiorum latitudinis* $\overline{V}$, *nec urbes esse, sed vicos DCC.*

6, 108 *is* (sinus) *qui ab oriente est, Persicus appellatur* $|\overline{XXV}|$ *circuitu ut Eratosthenes tradit.* hoc loco Varroni adscribo Eratosthenea his ductus rationibus: 6, 107 et 6, 108 artissime cohaerent. nam illa $|\overline{XII}|$ $\overline{L}$ p. (i. 10000 stad.[3]) dividuntur ita ut 6, 107 $\overline{C}$ et $\overline{XXV}$ p. absolvantur, reliqua $|\overline{XI}|$ $\overline{XXV}$ 6, 108 commemorentur. latino autem scriptori haec deberi cl. Mela 3, 72 apparet. accedit inrumpendi verbum de maribus Varroni familiarissimum[4]). cf. etiam Solin. 33,1 qui diserte ea quae altera paragraphi 6, 107 parte narrantur, Varroni addixit. denique nolim non monere 6, 107. 108 ad eandem regionem spectare, quam 6, 96—100 ex Iuba descripserat Plinius. ergo illa ab alio auctore sumpta[5]).

at exstant loci quibus Eratostbenes alia via ad Plinium translatus est.

5, 127 ex Asia interisse quasdam gentes traditur auctore Eratosthene[6]). sequitur: *Isidorus Arieneos et Capreatas* eqs. an putas

[1]) ap. Strab. l. l. simpliciter *μέχρι τῆς Καρχηδόνος.*

[2]) sic coniecit Detlefsenus; *dein se flexit ad* R[2] (om. R[1]) *deinde qua flexit in* reliqui. unde fortasse *dein se flectit ad* vel *deinde qua flectit in* scribendum.

[3]) cf. Strab. 765. 766. quo teste Eratosthenes utrumque sinus Persici latus $\overline{X}$ stadiorum aestimavit.

[4]) qua de re infra agetur.

[5]) haud recte iudicat Susemihl hist. litt. graec. aet. Alex. I 1891 p. 653 adn. 28 qui Iubae 6, 107 sq. quoque tribuit.

[6]) cui Eratosthenis operi haec tribuenda sint, haeret Berger, *geogr. Frg. des Eratosth.* 1880 p. 336, qui de historico opere (*Γαλατικά*) cogitat, tamen quamquam chorographiae apud Erat. locus non est, non video cur non aliqua occasione de illis Asiae incolis agere potuerit. neque enim illae gentes eas tenuere regiones quas postea Galatae occupaverunt.

Plinium ipsum Eratosthenea ex Isidoro auxisse? accedit quod haec periegesi usque ad Hellespontum perducta appendicis loco inveniuntur.

5, 132 *distat* (Rhodus) *ab Alexandria Aegypti* $\overline{DLXXXIII}$ *ut Isidorus tradit, ut Eratosthenes* $\overline{CCCCLXVIII}$[1]) (*ut Mucianus* $\overline{C}$) *a Cypro* $|\overline{CLXXVI}$. Isidorum Eratosthenis mensura usum esse apparet ex 2, 245. itaque eam hic quoque Isidoro deberi iudico, praesertim cum habeam quod ultima *a Cypro* $\overline{CLXXVI}$ Isidoro tribuam[2]).

6, 36 *non minus hoc* (mare Caspium) *esse quam Pontum Euxinum Clitarchus putat, Eratosthenes ponit et mensuram ab exortu et meridie per Cadusiae et Albaniae oram* $\overline{V}CCCC$ *stadia*[3]), *inde per Atiacos Amarbos Hyrcanos ad ostium Zoni fluminis* $\overline{IIII}$ *DCCC, ab eo ad ostium Iaxartis MMCCCC quae summa efficit* $|\overline{XV}|$ $\overline{LXXV}$[4]). *Artemidorus hinc detrahit* $\overline{XXV}$ *p.* hic Eratosthenea per Artemidorum et Isidorum ad Plinium manasse Oehmichenus[5]) perspexit.

6, 163 et 6, 183 Timosthenes et Eratosthenes cum Artemidoro coniuncti sunt[6]). eadem igitur ratio est quae 6, 36.

tum 6, 171 a Ptolemaide Eratosthenem mensuram terrarum prodere concepisse exponitur cl. 2, 183. haec non magis ipsi accepta refert Plinius, quam 12, 53 ubi de eius aliorumque ratione metiendi res est. una vero cum 2, 183 de 2, 185 quoque actum est.

restat e geographicis libris unus locus 2, 247 ubi circuitus terrae secundum Eratosthenem refertur. pergitur: *Hipparchus et in coarguendo eo et in reliqua omni diligentia mirus adicit stadiorum paulo minus XXVI milia.* quibus ex verbis clare perspicitur Eratosthenea alii cuidam auctori deberi. antecedunt autem longitudinis latitudinisque mensurae orbis ex Isidoro petitae: iam cum 2, 242 sq. ex hoc quasi appendix addita sint ad librum confectum, Eratosthenea hic quoque ad eum referre non dubito.

denique 22, 86 hic nos non tangit, cum ad Eratosthenis poemata spectet, quae unde Plinius noverit, nunc non curamus.

---

[1]) cf. Strab. 125.

[2]) qua de re infra agemus.

[3]) $\overline{V}CCCC$ contra R legendum propter Strab. 507, detrahenda vero C stadia a sequente numero $\overline{IIII}$ *DCCCC* Silligius vidit. idem populorum nomina ex Strabone correxit.

[4]) mensuratio Romana Plinio debetur, qui in universum Graecas mensuras non tulit.

[5]) *Plin. Stud.* 1880 p. 3 cf. supra p. 243.

[6]) artius inter se cohaerent supradicti, solus stat Sebosus; nam aliunde eius mensura currit. ceterum secundum 2,245 scribendum est: *unde proxime dicti* $|\overline{XII}|$ $\overline{L}$ (XII Detlefsen. 1866): *LXII* E: *XII L* reliqui.

iam summam faciamus: duplex Eratostbenis apnd Plinium memoria est: sunt enim quae hic a Varrone accepit[1]), sunt quae ab Isidoro. ipsum a Plinio inspectnm esse nulla re indicatur. immo contra facit 6, 156 ubi apnd Romanos scriptores illum sinnm Aelaniticum dictum esse affirmatur, qno nomine Eratosthenes usus est: *Αἴλανα Αἰλανίτης κόλπος.*

sed si Eratosthenem Plinius manibus non tenuit, id mnlto minus probabile est de Timosthene. hoc iam cognovit E. A. Wagner[2]). ac praeter Didymum[3]) pleraque quae de eo scimus, Eratostheni deberi consentaneum est. unde eisdem rivis quibus hic, ad Plininm eum pervenisse verisimile est. ac profecto 5, 47 eins mensura suppletur Eratosthenea; 5, 129 Cypri circuitus ex Timosthene et Isidoro, longitudo ex Artemidoro et Timosthene referuntur. circuitum autem Timosthenenm Strab. 682 Eratostheni vindicat. de 6, 163 et 6, 183 modo egimus[4]). dein cui 6, 198 deheantur nomina Ephori Eudoxi Timosthenis nescio, sed ipsa nominum accumulatione cognoscitur neminem ex eis auctoribns Plinio praesto fuisse.

reliquus est locns 6, 15 *Coraxi urbe Colchorum Dioscuriade iuxta fluvium Anthemunta nunc deserta, quondam adeo clara ut Timosthenes in eam CCC nationes dissimilibus linguis descendere prodiderit. et postea a nostris CXXX interpretibus negotia gesta ibi.* quo loco a Romano auctore Timosthenea Plinio esse oblata ex nltimis verbis liquido patet. quem ante Augustnm scripsisse inde efficitur quod Dioscurias nomine *Σεβαστόπολις* adscito rursus effloruit[5]). quae cnm ita sint, Varroni Timosthenis memoriam hoc loco deberi concludo. cuius fragmentum haud scio an liceat comparare 3, 142 *M. Varro LXXXVIII civitates eo ventitasse auctor est.*

iam de Nearcho et Onesicrito videamus quos inter Eratosthenis fontes fnisse scimus. proficiscamur autem a 6, 96sq. quo loco Plinius haec: *sed priusquam generatim haec persequamur, indicari convenit, quae prodidit Onesicritus classe Alexandri circumvectus in mediterranea Persidis ex India, enarrata proxime a Iuba.* unde certum est Onesicriti relationem a Plinio ex Iuba snmptam. additur autem: *Onesicriti et Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum nec spatia.* at Nearchi opus ntrum-

[1]) cf. Müllenhoffius l. l. III 1892 p. 65sq.

[2]) *Die Erdbeschreibung des Timosthenes von Rhodus.* diss. Lipsiae 1888 p. 55.

[3]) cf. Wachsmuth mus. Rhen. 59 (1904) p. 471.

[4]) cf. p. 33.

[5]) cf. Arr. peripl. 10, 1, 17, 1. de Plini autem errore, qui Sebastopolin a Dioscnriade separat, infra agendum est.

que continuit. itaque Geier[1]) ante *nomina* <*omnia*> supplendum censuit. at vide ne potius concludendum sit ea ab Onesicrito esse omissa. hoc autem, non ipso Nearcho Iubam usum esse Plinius diserte testatur.

cum hac Iubae relatione coniungenda esse videntur ea quae 6, 109 narrationem Varronianam interrumpunt: *Onesicritus et Nearchus ab Indo amne in sinum Persicum atque illinc Babylonem Euphratis paludibus scripserunt* ⌈XVII⌋ *esse.* quibuscum verbis cohaerent 6, 124 haec: *Euphrate navigari Babylonem e Persico mari* CCCCXII *p. tradunt Nearchus et Onesicritus, qui vero postea scripsere ad Seleuciam* CCCCXXXX, *Iuba a Babylone Characen* CLXXV *D*[2]). eximenda hic est sententia eius qui postea scripsit, nam Onesicriti et Iubae mensurae eo conexae sunt, quod Babylonem currunt, media illa, quam Isidoro infra attribuemus, Seleuciam petit.

dein 6, 107 solus Nearchus laudatur inter Varroniana, solus autem Onesicritus in Taprobanes descriptione 6, 81 cum Megasthene et Eratosthene, quo de loco cf. p. 32, et 2, 183 iuxta Eratosthenea. Varronem autem Onesicrito usum esse ex Serv. auct. Aen. 1, 649 apertum fit: *Varro ita refert: Onesicritus ait in India esse arbores quae lanam ferant.*

transimus ad Artemidorum quem num ipsum aut quo intercedente Plinius adhibuerit, quaerendum est. qua in re diiudicanda viam nobis aperiant hi loci:

4, 121 *longitudinem eius* (Europae) *Artemidorus atque Isidorus a Tanai Gades* ⌈LXXVII⌋ XIIII *prodiderunt.*

5, 40 de Africae longitudine: *Isidorus a Tingi Canopum* ⌈XXXV XCVIII, *Artemidorus XL M minus quam Isidorus.* leviter igitur mensuram correxit Isidorus, usus Artemidorea.

5, 47 *universam vero* (Asiam patere tradit) *cum Aegypto ad Tanain Artemidorus et Isidorus* ⌈LX⌋ III *DCCL.* cf. 6, 209 *Asiae longitudo in confesso est* ⌈LX⌋ III *DCCL*[3]). quibus locis quin Isidoro Artemidorea

[1]) script. hist. Alex. p. 81.

[2]) illi D p. ad primam potius mensuram videntur esse referendi, ut fiant CCCCXII D p. 3300 stadia.

[3]) sic recte contra Hardouini sententiam qui LXIII LXXV *m. p.* et M. C. P. Sohmidti qui (*de Polybii geogr.* 1875 p. 30) ⌈L⌋ XIII *D* scribendum censuit, numerum Detlefsenus constituit: *Die Maſse der Erdteile nach Plinius* progr. Glückstadt 1883 p. 10. qui numerus uno stadio minor est quam Agathemeri 3, 10 (GGM II 474) *μυριάδων δ'καὶ ρια'* i. 40111 stadia. Marcianus vero peripl. mar. ext. 5 (GGM I 520) cum 40120 faciat, haud scio an ita mensurae coniungendae sint, ut 40110 ab initio fuisse putemus. nam in tantis numeris de novem stadiis nemo litigat sanus. qui numerus quam accuratissime cum Pliniano convenit.

debeantur, non est dubium. quamobrem ea ab Isidoreis Oehmichenus non seiunxit[1]). videamus reliquos locos: 5, 59 de Syenes a Nili fissura spatio DC: *hoc spatium edidit Artemidorus et in eo CCL oppida fuisse, Iuba CCCC. Aristocreon ab Elephantide ad mare DCCL. Elephantis insula intra novissimum catarracten IIII p. et supra Syenen XVI habitatur, navigationis Aegyptiae finis, ab Alexandria DLXXXV p. in tantum erravere supra scripti.* carpuntur igitur illi scriptores, non a Plinio — nam is unde certa scire potuit? immo quam plurimas coacervare mensuras solet —, sed ab alio quodam auctore, quem Plinius exscripsit. quem cum Iuba recentiorem fuisse appareat, de Isidoro vix dubitabis.

eadem via Artemidorea ad Plinium fluxisse cognoscitur 5, 129 *huius* (Cypri) *circuitum Timosthenes CCCCXXVII D p.* (i. 3420 stad.)[2]) *prodidit, Isidorus CCCLXXV* (i. 3000 stad.), *longitudinem inter duo promunturia Clidas et Acamanta, quod est ab occasu, Artemidorus CLXII D* (i. 1300 stad.), *Timosthenes CC* (i. 1600 stad.). quas mensuras artissime cohaerere quivis concedet. illud noto ampliori circuitus mensurae Timostheneae respondere ampliorem eiusdem longitudinem. unde etiam artius conectitur Artemidori mensura cum Isidorea.

de 6, 36 iam egimus, cf. p. 11sq.

6, 70 loco parum commodo leguntur: *Artemidorus inter duos amnes* (i. Indum et Gangen) |XXI| *interesse tradit.* hoc fragmentum ab ipsa Indiae descriptione alienum esse vel eo cognoscitur, quod idem spatium 6, 72 in ea aliter computatur. dein 6, 156 de oppidi Laeanae nomine: *et ipsum sinum nostri* (cf. 5, 65) *Aelaniticum scripsere, alii Elaniticum, Artemidorus Alaeniticum, Iuba Laeniticum.* varietas igitur, cum *nostros* i. Romanos Plinius eis opponat, ad graecum quendam auctorem referenda est quem post Iubam fuisse consentaneum est. itaque ab Isidoro hanc litem motam esse facile mihi persuadeo. de 6, 163 et 183 iam supra disputatum est cf. p. 33.

deinde 6, 207 postquam de Agrippae a freto Gaditano ad sinum Issicum mensura dubitationem Plinius protulit, sequuntur haec: *universus autem circuitus per sinus dictos ab eodem exordio colligit ad Maeotim lacum* |CLV| VIII[3]). *Artemidorus adicit DCCLVI, idem cum Maeotide* |CLXXIII| XC *p. esse tradidit.* prima mensura, quam Schweder temere cum antecedente coniunctam Agrippae vindicavit[4]), haud dubie ad

[1]) *Plin. Stud.* 1880 p. 2.

[2]) cf. Strab. 682.

[3]) numerus incertus est. CLIII E: CLVIII reliqui. quod supra scripsi, e Detlefseni coniectura dedi.

[4]) *Beiträge zur Kritik der Chorogr. d. Aug.* II 1878 p. 53.

Varronem pertinet propter verba *per sinus dictos*, quae ad quattuor illos Europae sinus spectare in propatulo est. unde sequitur, ut totius inde a Gadibus usque ad Bosporum Cimmerium orae Varro mensuras exhibuerit. mensura autem Artemidorea postea adiecta est, id quod Maeotide potissimum adnexa probatur[1]). neque enim ad Varronem Artemidorea referenda esse censeo, cum formula eadem *adicit* de Nepote quoque e. g. 4, 77 usus sit Plinius, ubi ipse duo testimonia coniunxit. sed Detlefseni coniectura si vera est — atque habet sane multum probabilitatis — altera Maeotidis mensura 4, 78 |XI| XXV (i. 9000 stad.) Artemidori est. nam

Varronianae mensurae	|CLV| VIIII	15509 m. p.	
Artemidorus adicit	DCCLVI	756 m. p.	
ergo a freto ad Bosporum metitur		16265 m. p.	i. 130120 stad.
cum Maeotide autem	|CLXXIII| XC	17390 m. p.	i. 139120 stad.
itaque solam Maeotidem		1125 m. p.	i. 9000 stad.

cum hoc loco cohaeret quodammodo 4, 77 ubi ex Varrone Nepote Artemidoro Agrippa Muciano Ponti ambitus[2]) indicatur. singulas a Plinio coniunctas esse mensuras Oehmicheno (cf. supra p. 17) adsentior.

duobus locis quos ultimos tractavimus, utrum Artemidoro ipso usus sit Plinius an ut reliquis Isidoro intermisso, non discernitur. tamen cum ceteris Artemidorea huic debeantur, illis quoque locis eodem rivo ea ad Plinium manasse iudico[3]). quae opinio egregie confirmatur illo loco qui in calce secundi libri exstat: 2, 242 sq.

hic postquam liber finitus est, — nam de terra usque ad 2, 211 actum est — terrae mensurae adduntur: *pars nostra terrarum . . . longissime ab ortu ad occasum patet, hoc est ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas |LXXXV| LXVIII p. ut Artemidoro auctori placet, ut vero Isidoro |XCVIII| XVIII* (i. 10000 stad. amplius), *Artemidorus adicit amplius a Gadibus circuitu Sacri promunturi ad promunturium*

[1]) haec enim a Varrone peculiariter percensetur cf. 4, 78. Varroniana autem mensura quam alienissima est ab Artemidorea 4, 121. at dixeris hoc loco mensuram directo cursu ductam: ne tunc quidem cum Varrone convenit, qui eam ex Polybio sumpsit 6, 206. cf. infra p. 39.

[2]) de quibus mensuris egit Detlefsenus Philologus 46 (1888) p. 691 sq.

[3]) ab Artemidoro similitudinem quae inter Strabonis libros V VI et Plini III intercedit repetendam esse Rudolfus Daebritz, *de Artemidoro Strabonis auctore capita tria* diss. Lipsiae 1905 p. 11 sq. mihi non persuasit. equidem enim non video quid obstet ne ad Timaeum referamus quae apud utrumque leguntur. quo neuter ipse usus est.

Artabrum, quo longissime frons procurrat Hispaniae $\overline{DCCCXCI}$ *D*[1]). sequentes quoque mensurae speciales Artemidoro disertis verbis tribuuntur, quas excribere non opus est. similiter igitur ille atque 6, 207 solitam mensuram addito aliquo spatio auxit. sed per Isidorum ea Plinio oblata esse cum ipsis verbis tum eis quae sequuntur manifestum est. nam 2, 245 postquam de longitudine secundum illum verba sunt facta, leguntur haec: *latitudo autem terrae a meridiano situ*[2]) *ad septentriones dimidio ferme minor* <*Isidor*>*o*[3]) *colligitur* $\overline{|LIIII|}$ $\overline{LXII}$. iterum singulae mensurae referuntur, quas hic emendare non attinet. diserte autem Artemidoro addicuntur mensurae usque ad Tanais ostium. ulteriora enim incomperta existimavit. *Isidorus adiecit* $\overline{|XII|}$ $\overline{L}$ (i. 10000 stad.) *usque ad Thylen, quae coniectura divinationis est.* ipse igitur Isidorus quo ultra Artemidorea progrederetur, non certa ratione inventum esse professus est. e singulis illis mensuris una vel altera apud ipsum Plinium Isidoro adscribitur velut (Alexandria) *Rhodum* $\overline{DLXXXIII}$ (vel $\overline{DLXXXIIII}$) cl. 5, 132. cf. etiam 5, 150 *a Calchedone Sigium Isidorus* $\overline{CCCXII}$ *D tradit* (codd. $\overline{CCCXXII}$ *D*, illud 2500 stad.). unde universa ad Isidorum referenda esse liquido patet. denique praeter geographicos libros bis Artemidorus laudatur. 7, 50 *Artemidorus in Taprobane insula longissimam vitam sine ullo corporis languore traduci* (narrat). quod cum in longa serie rerum mirabilium a diversissimis auctoribus Graecis traditorum exstet quos omnes Plinium manibus tenuisse vix quisquam affirmaverit, certe non ex ipso Artemidoro sumptum est. denique 36, 78 inter auctores qui de pyramidibus scripsere Artemidorus quoque commemoratur, de quibus cf. F. W. de Bissing, *der Bericht des Diodor über die Pyramiden* 1901 p. 22sq. qui ex

[1]) sic scribendum censeo cum A Par. propter Agathem. 4, 16 (GGM. II 476), ζϖλβ′ (ϖ pro τ cum Müllero) : 7932 stad. i. 991, 5 m. p. Mart. 612 omisit *D p.* id quod facillime fieri potuit, cum numerum sic scriberent ut linea per mediam litteram duceretur; unde deletam esse litteram quis suspicari poterat.

[2]) parum apte sic graeca vox *θέσις* redditur.

[3]) hic optimus codex '*minoro*' exhibet, apertam corruptelam, hinc in aliis '*minore*' vel '*minor*' depravatum. ac Detlefsenus quidem pro *minoro Isidoro* ediderat, quae lectio displicuit cum Carolo Rück (Sitz.-Ber. der bayr. Akad. 1898 p. 311) tum Gualthero Ruge (comment. Rihbeck. 1888 p. 481). huius alteram offensionem — desiderat enim vocem *minor* — mea coniectura sustulisse mihi videor. altera vero nulla est. haeret enim in dativo, quem praeter participium perfecti non ferendum esse contendit. at cf. 2, 93 *ut scelera mundi hominum noscantur mundi ipsius ignaris.* 4, 51 *quae ita Graecis appellatur.* 6, 174 *in eum* (portum) *Trogodytis myrra confertur.* contra artis autem leges peccant, qui a lectione *minor* proficiscuntur. ceterum de re ipsa Rugius non dissentit. nuper Detlefsenus in editione anni 1904 scripsit: *minor e*<*st. Isid*>*oro* eqs.

Apionis libro auctores illos translatos esse non sine probabilitate coniecit. Artemidorum certe de pyramidibus ipsum Plinius non inspexit.

nego igitur Artemidori *γεωγραφούμενα* Plinio praesto fuisse. cum vero saepissime cum Isidoro arte cohaereat, per hunc illi innotuisse videtur, alia via eum ad Plinium pervenisse non demonstratur.

dein Polybiana cum Eratostheneis 3, 75 ex Varrone hausta sunt. eadem via 4, 77 quoque illa Plinio videntur esse perlata, ubi haec: *inter duos Bosporos Thracium et Cimmerium directo cursu, ut auctor est Polybius,* $\overline{D}$ *intersunt.* postea enim hanc sententiam additam esse ne minima quidem suspicio est. sequitur autem primo loco Varroniana mensura.

una et 6, 206 absolvere licet: *Polybius a Gaditano freto longitudinem directo cursu*[1]) *ad os Maeotis* $\overline{|XXXIII|}$ $\overline{XXXVII}$ $\overline{D}$ (i. 28500 stad.) *prodidit, idem ab eodem initio ad orientem recto cursu Siciliam* $\overline{|XII|}$ $\overline{L}$[2]) *Cretam* $\overline{CCCCLXXV}$[3]), *Rhodum* $\overline{CXXXVII}$ $\overline{D}$, *Chelidonias tantundem, Cyprum* $\overline{CCXXV}$[4]), *inde Syriae Seleuciae Pieriam* $\overline{CXV}$, *quae computatio efficit* $\overline{|XXIII|}$ $\overline{XL}$. deinde interpositum est fragmentum Agrippae, quod recte Oehmichenus exclusit (*Plin. Stud.* 1880 p. 21). sed quod idem haud facile cognitu esse additamentum dixit, equidem non assentior. nam Polybiana mensura et Agrippea secum pugnant. ergo non coniunctae fuere. sequentia autem Varroni p. 37 tribuimus propter verba illa *per sinus dictos.* ea vero ad eam mensuram Polybi respiciunt, quae primo loco ponitur. itaque Polybiana hic quoque Varroni deberi indico.

sequitur 4, 119 *in ipso vero capite mox Baeticae ab ostio freti p.* $\overline{XXV}$ *Gadis, longa ut Polybius scribit* $\overline{XII}$, *lata* $\overline{III}$. *abest a continente proxima parte minus pedes DCC, reliqua plus* $\overline{VII}$. quae quamquam non omnia Polybio tribuuntur, tamen adeo coniuncta sunt, ut ab eodem Plinium ea sumpsisse certum sit. sed quis fuit ille? Isidorus non fuit, nam eius mensura 2, 244 aliter concepta est; neque enim novit nisi unam ex duabus *(minus pedes DCC, plus* $\overline{VII}$*).* nam si utramque novisset, ibi brevior eligenda fuit. ac ne hoc quidem plane spernendum quod 2, 244 exactius $\overline{VII}$ $\overline{D}$ exstat, 4, 119 generaliter *plus* $\overline{VII}$. cum vero initium descriptionis insularum Hispaniensium ab illa recentiore

---

[1]) *directo cursu* R^2 (cf. 4, 77) : *recto cursu* EF^2; om. reliqui.

[2]) haec diversa ab Isidoro, qui ab eodem initio usque ad Caralim |XII| L computavit 2, 243.

[3]) haec mensura pugnat cum Agrippea 3, 87 *Pachynum ...* $\overline{CCCXL}$ *ab eo distante Peloponneso.*

[4]) haec iterum cum Isidoreis non conveniunt: 5, 132 *distat* (Rhodus) ... *a Cypro* $\overline{CLXXVI}$.

terrae descriptione, de qua infra agemus, abhorreat, eas secundum Varronem tractatas esse nobis persuasimus. cui sententiae Polybius auctor favet. dein cum periegesi cohaerent Polybiana et 5, 26 et 5, 40 quo de loco supra disputavimus p. 31, altero Melae consensus (1, 35) latinum auctorem indicat. iam de 4, 121 agendum est. ibi post Isidoream Europae longitudinis mensuram haec leguntur: *Polybius latitudinem Europae ab Italia ad oceanum scripsit* |XI| L *esse, etiam tum incomperta magnitudine. est autem ipsius Italiae, ut diximus* |X| XX *ad Alpes, unde per Lugdunum ad portum Morinorum Britannicum, qua videtur mensuram agere Polybius* |XI| LXVIIII. *sed certior ac longior ad occasum solis aestivi ostiumque Rheni per castra legionum Germaniae ab iisdem Alpibus dirigitur* |XII| XLIII. ut a fine exordium ducamus, ultima scripta esse non possunt ante Augustum, qui primus legiones praeter Rhenum collocavit. cum vero paulo ante Agrippae mensura Italiae commemorata sit, non dubito, qnin ad eundem haec quoque pertineat. accedit quod simillimis verbis concepta est — haud spernendum in Plinio argumentum! — atque Italiae illa Agrippea |X| XX quacum cohaeret: 3, 43 *patet longitudine ab inalpino fine Praetoriae Augustae per urbem Capuamque cursu meante Regium oppidum in umero eius situm . . . decies centena et viginti milia passuum.* contra prior mensura portum Itium — nam is haud dubie significatur — Caesarianis bellis notissimum petit. unde ad eius tempus referimur. iam cum et parum verisimile sit Agrippam duas mensuras posuisse et ab eo auctores nominatos esse demonstratum non sit, haud scio an non nimis audax sit coniectura qua ad eundem illa mensura refertur, cui Polybiana plus semel adscripsimus, nempe ad Varronem.

5, 9 eorum sententiam qui Polybi relationem ab Agrippa sumptam esse censuerunt, supra refutavisse nobis videmur p. 14. ac ne Varronem quidem auctorem esse probabiliter statuitur. cui vero et hic et 6, 199 Polybiana debentur, infra indagare conabimur. latinus certe requiritur auctor.

in ceteris libris ter Polybi fit mentio: 8, 31 quaedam de elephantis Africanis narrantur, quae propter 8, 35 Iubae tribuerim. 8, 47 de leonibus Africanis, de quibus 8, 48 Plinius Iubam laudat. nam illud *credit Libya* si rhetorum fucum ablueris, nil est nisi *Iuba tradit*[1]). restat 31, 131 *Trogus auctor est circa Lyciam penicillos mollissimos nasci in alto, unde ablatae sint spongeae, Polybius super aegrum suspensos quietiores facere noctes.* quae non ex ipso Polybio hausta esse vel eo apparet, quod in auctorum indice Polybius inter Latinos delatus est.

[1]) cf. M. Wellmann Hermes 27 (1892) p. 389 sq. Münzer l. l. p. 411 sq.

iam ut comprehendamus, nullo loco Polybium ipsum Plinio praesto fuisse demonstratur, geographica autem partim per Varronem, partim per alium quendam scriptorem Romanum ad eum pervenerunt. Isidoro vero e Polybianis nihil certa ratione licet adscribere. quae res facillime eo explicatur quod Polybius de geographia peculiarem libellum non composuit[1]), sed historico opere hic illic sicut occasio ferebat, de ea disputavit. haec vero eligere compilatoribus qualis Isidorus fuit, operae non erat pretium.

deinde de Iuba rege videamus. cuius duo potissimum opera respicienda sunt: *Λιβυκά* et illud quod Plinius 6, 141 significat: *in hac tamen parte arma Romana sequi placet nobis Iubamque regem ad eundem Gaium Caesarem scriptis voluminibus de eadem expeditione Arabica*[2]). cui quid inscriptum fuerit nescimus. nam illud *de ... expeditione Arabica* non quid continuerint volumina indicat. immo praepositio *de* causam ostendit occasionemque, qua scripta sunt illa volumina. neque enim in Arabia sola versabantur. itaque *ad C. Caesarem Augusti filium* certe in titulo exstabat.

Iubae autem opus Plinium ipsum evolvisse vel illo quem laudavimus loco 6, 141 demonstratur. quae sententia confirmatur eis quae 6, 96 leguntur: *sed priusquam generatim haec persequamur, indicari convenit quae prodidit Onesicritus .. enarrata proxime a Iuba*, quibus verbis clare testatur Plinius neminem scriptorem intercedere inter se et Iubam. itaque 6, 96—100 ex Iuba fluxerunt[3]).

ac ne 6, 170 quidem intellegi possunt verba Plini, nisi ipsum Iubam manibus trivit: *Iuba qui videtur diligentissime persecutus haec, omisit in hoc tractu nisi exemplarium vitium est, Berenicen* eqs. quod is tantum dicere poterat, penes quem exemplaria erant. cognoscitur etiam quanti Plinius Iubam aestimaverit. itaque quaecumque ad illud Iubae opus spectant, ex ipso hausta sunt: 6, 124. 139. 149. 156. 179[4]). tamen non uni Iubae Plinius credidit. conferas enim quaeso quae 6, 138sq. de oppido Charace narrat, de quo abundantem doctrinam ostendit. in cuius oppidi historia enarranda Iuba carpitur, quod

---

[1]) cf. M. C. P. Schmidt *de Polybii geogr.* 1875 thes. 2. Jahrb. 125 (1882) p. 113—122. Berger, *Erdkunde der Griechen*[2] 1903 p. 509.

[2]) 12, 56 *Iuba rex iis voluminibus quae scripsit ad C. Caesarem Augusti filium ardentem fama Arabiae.* 32, 10 *Iuba his voluminibus, quae scripsit ad C. Caesarem Augusti filium de Arabia.*

[3]) nugatur Susemihlius *hist. litt. graec. aet. Alex.* II p. 408 adn. 341, cum 6, 96—205 atque etiam 6, 56—95 ex Iuba sumpta esse contendit.

[4]) ad utrum opus 5, 59 spectet haeseris.

Spasinem Antiochi satrapen fuisse tradiderit. qni error certe per se Plinio stomachum non movisset. quid enim eius intererat utrum ille satrapes Antiochi esset an rex Arabum? etiam de sitn mira ac prorsus admirabili diligentia Plinins disputat[1]). his omnibus probatur auctorem ei praesto fuisse, qui de eo oppido accuratissime egit. id quod ipse indicat 6, 141 *hoc in loco genitum esse Dionysium terrarum orbis situs recentissimum auctorem quem ad commentanda omnia in orientem praemiserit divos Augustus ituro in Armeniam, ad Parthicas Arabicasque res maiore filio, non me praeterit, nec sum oblitus sui quemque situs diligentissimum auctorem visum nobis introitu operis* (cf. 3, 1). at tamen Iubae se adplicat. sed cognoscitur perspicue illum *Dionysium* Charace natum Plinio probe notum fuisse. at nec in indice gravis ille anctor laudatur[2]), nec in ipsis libris. quid multa? pro illo Dionysio Characeno ceteroquin plane ignoto ntique cum Bernhardyo et Oehmicheno[3]) Isidori nomen restituendum est, quae coniectura Müllenhoffio[4]) quoqne placuit. clamas de violentia eius. at minime adeo violenta est. nam fac vocis *Isidorum* medias litteras aut omissas esse errore aut oblitteratas[5]): ex eo quod restabat *isium* facile sciolus quidam *Dionysium* suppleverit. qnalia non nno Plini loco inveniuntnr. panca ut adferam exempla in re satis gravi: cf. 6, 152 nbi pro codicum lectione *Naumachaeorum Macarum* restituendum esse cognovit A. Sprenger[6]). 6, 174 edunt: *sinus Abalitu, dein insula* eqs. contra Plini nsnm, nam ante vocales *dein* vitat. genuinam antem lectionem omisso illo *dein* quod Janus coniecit, E exhibet: *sinus aualitu insula,* F[2] pro *aualitu* snpplevit *abalitudine,* unde reliqni *valetudine* scripserunt. ac licentiae librariorum male doctornm haec sufficiant exempla[7]).

---

[1]) in numeris nou dubito quin librarii peccaverint. neque enim $\overline{L}$p. aut $\overline{CXX}$ scripsit Plinius, sed L et CXX (sc. stadios).

[2]) nam qui 4. 5 iud. 4, 64. 5, 134 exstat, ad libellum de iusulis pertinet. 6, 58 plane alius est.

[3]) Aota soc. Lips. III 1873 p. 436.

[4]) *Deutsche Altertumskunde* III 1892 p. 213 adn. 3.

[5]) ne talis erroris desit exemplum, affero 4, 61 ubi pro *Onysia* '<*Di*>*onysia*' legeudum esse mihi persuasi ol. Diod. 5, 75. 5 Anou. stad. maris magni 354, vel 5, 131 <*X*>*enagora VIII* ol. eodem 245. hoc iam Müller adnotavit.

[6]) *die alte Geographie Arabiens.* 1875 p. 120. paulo aliter huuc locum A. de Gutschmid constituit (*Geschichte Irans* p. 40) (gens) *Drymatina, Macae. horum promunturium* eqs.

[7]) uugatur de hoc loco Rabenhorstius l. l. p. 51 adn. 3. neo euim Isidorum ab ipso Pliuio adhibitum esse contendit, propterea quod Mela recentior Isidoro est. at huuc opere iam confecto a Pliuio aditum esse infra demonstrabimus, of. p. 51 sq.

quam ingeniosa vero qnamque vera illa Bernhardyi coniectura sit, statim apparebit, ubi quomodo Plinius post eum locum Iubae libris usus sit contemplati erimns. nec enim soli ei innititur, sed cnm alio quodam comparat, unde eum modo corrigit, modo defendit, modo auget. duplex illa memoria optime cernitur inde a 6, 163 potissimum, ubi ea qnae ante mensnram Agrippeam legnntur, diversam originem prae se ferunt qnam qnae sequuntur. nam bis fauces IIII D p. computantur. in priore autem parte Timosthenes Eratosthenes Artemidorus citantur, unde eam Isidoro vindicavimus. ergo posteriora Iubae snnt. quae sententia confirmatnr duplici observatione. primum enim in ipsa descriptione angustias IIII D esse traditur 6, 170, quam mensuram solam Isidorus prodidit. dein secnndum 6, 156 Inba illnd oppidum a qno sinus Aelaniticus nomen traxit, Laenam dixit, '*Laeana*' autem Isidorum ostendit. similis differentia est in nomine Characis. nam sic Isidorus patriam appellat, contra Iuba Characen forma vnlgariter immutata. proinde examinemns quae 6, 156 de Arabiae magnitudine leguntur: *circuitus Arabiae a Charace Laeana colligere proditur* |XLVI| LXV *p., Iuba autem paulo minus* |XL| *putat*[1]). *latissima est a septentrione inter oppida Heroeum et Characen.* prima mensura in forma *Laeana* a Iuba deficit. at opponitur mensurae eiusdem, itaque non est Inbae, sed Isidori. contra latitudinem cum Charace oppidnm dicatur, Iubae tribnendam esse apparet. quae sententia alia diversitate confirmatur: 6, 156 *Ἡρώων πόλις* Plinius his litteris reddidit *Heroeum*, at Isidorus *Ἡρώων πόλις* scripsit: cf. 6, 165 *a sinu Laeanitico alter sinus quem Arabes Aean vocant, in quo Heroon oppidum est.* item *Characen* legitur secnndnm optimos libros apud Detlefsenum 6, 100. 6, 124. 6, 145 bis.[2]). Charax 6, 125. 130. 136. 138 Isidorum indicat. non cernitur utra forma subsit: 6, 135. 147. luculentissime vero duos anctores iuxta a Plinio adhibitos esse perspicitur 6, 178, ubi Inbae relatio Bionea opponitur. pro Bione quem alio intermisso Plinio innotuisse ex 6, 180 *Epis oppidum contra Meroen, antequam Bion scriberet deletum*, clare perspicitur, pro Bione dico Aristocreon nonnnmquam adest (cf. 6, 191) vel Dalion (cf. 6, 194), qnos ipsos quoque Isidoro deberi ex 6, 183 conclndo, ubi nna cnm Timosthene Eratosthene Artemidoro laudantur et hi et Basiles Simonidesque.

hactenns de illis libris egimns quos ad C. Caesarem Iuba scrip-

[1]) itaque Iuba 45000 stadiorum eum computat.

[2]) 12, 80 *Characem* legitur quamquam Iuba laudatur. nec tamen inde evertitur quod supra disputavimus. nam aut *Characen* scribendum aut Plinium Isidori formam postea probasse statuendum est.

serat: ad *Λιβυκὰ* pertinent ea qnae 6, 201—204 exstant. hic Romanum quendam anctorem inter Iubam et Plinium interponendum esse liquido patet. quae sententia propterea potissimum necessaria est, quod insularum nomina latine, non graece referuntur. nec vero Plinius ubi Graecis fontibns utitur, nomina immutare andet nisi re quam maxime perspicua, velnt 6, 148 *flumen Cynos*: 6, 149 *a flumine Canis ut Iuba* eqs. at plane alia ratio est 6, 201 sq.: vide Fortunatas insulas, Iunoniam, Caprariam, Ninguariam, Canariam, quibus nomina a latinis vocabulis deducta sunt. accedit quod in ea parte quaedam insunt, qnae a Plini genere dicendi aliena sunt. hoc non intellegitur nisi Romanum quendam exscripsit. quis vero ille fuerit, non est quod longe qnaeramus: Statium enim Sebosum ipse Plinius laudat. itaque huic ea deberi iudico, qnae hoc loco ex Iuba referuntur.

iam revertamnr ad 5, 16 ubi haec leguntur: *Iuba Ptolomaei pater qui primus utrique Mauretaniae imperitavit, studiorum claritate memorabilior etiam quam regno, similia*[1]) *prodidit de Atlante, praeterque gigni herbam ibi euphorbeam nomine ab inventore medico suo appellatam. cuius lacteum sucum miris laudibus celebrat in claritate visus contraque serpentes et venena omnia privatim dicato volumine.* quo uberrime usus est Plinius 25, 77 sq. tamen hoc loco Iubae memoriam non ipsi deberi censeo. nam parum probabilitatis habet id volumen a Plinio geographica tractanti inspectum esse. dein quo modo Iuba vocetur, velim animnm advertas. ex filio enim significari vix potuit nisi ea aetate qua filius regnum tenuit, sicut Strabo 831 suo iure dicit *Ἰούβας ὁ τοῦ Πτολεμαίου πατήρ*. itaque Plinius alicuins verba repetiit, qui Ptolemaeo regnante, h. e. intra annos 23 et 40 vel paulo post vixit. cum vero 6, 201 sq. Iubae *Λιβυκά* per Sebosum Plinio oblata esse non sine aliqna probabilitate coniecerimus, enndem hoc quoqne loco inter Iubam et Plinium haud scio an liceat intermittere. qnod si probamns, aetatem Sebosi insnper ut statuamns, contingit. cui opinioni quid obstet non video.

unus reliquus est locus 5, 51 ubi Plinius de Nili cnrsu secundum Inbam agit. nam ille eum *potuit exquirere*. attamen non exqnisivit, sed Hannonis relatione accita[2]) de coniectnra Nili originem statuit. nec haec ex ipso petita sunt Iuba propter verba: *crocodilus quoque inde* (ex lacn Nilide) *ob argumentum hoc Caesareae in Iseo dicatus ab eo spectatur hodie.* neque enim Plinium in Manretania fuisse scimus[3]). quod vero

[1]) sc. atqne Suetonius Paulinus.

[2]) id quod Solini loco 32, 2 demonstratur. cf. etiam Amm. 22, 15, 8.

[3]) 7, 36 *ipse vidi in Africa* ad Thysdrum oppidum Byzacii pertinent. ad eandem regionem spectat 17, 41. 25, 123 ad vicinam Tripolitanam.

Caesariensis Mauretaniae ratio habetur 5, 52, non utique contra nostram de Sebosi aetate coniecturam facit. itaque eum hic quoque interponendum censuerim. *Λιβυκά* igitur per hunc Plinio videntur innotuisse. tamen quin postea eis ipsis abunde usus sit non dubito.

graviores auctores absolvimus. de reliquis breves esse licet. nam Aristocreonem Dalionem Bionem Basilem Simonidem cum 6, 183 cum Artemidoro coniuncti sint, ab Isidoro translatos esse supra coniecimus p. 43. Patrocle et Megasthene cum Eratosthenes usus sit, eisdem rivis quam hunc illos manasse consentaneum est (6, 58. 81). ac ne ea quidem quae in septimo libro ex Megasthene referuntur, ex ipso esse petita Münzero[1]) credo. dein Clitarchus 3, 57 quo auctore adhibitus sit[2]) non liquet, tamen non ipsum Plinio praesto fuisse elucet; 6, 36 cum Eratosthene et Artemidoro ex Isidoro sumptus est. denique 6, 198 ubi cum Ephoro Eudoxo Timosthene laudatur, a Plinio non ipse accitus est. cf. p. 33.

tum Eudoxum ab eo non inspectum esse vel eo apparet quod duos huius nominis scriptores Plinius non secrevit. ac 2, 130 procul dubio ad Cnidium pertinet, 2, 169. 5, 4. 5, 8 recentior ille nugator intellegendus est. quem 6, 198 quoque subesse mihi persuasi.

porro Demodamantem se maxime in Scythicis regionibus describendis sequi Plinius profitetur 6, 49. tamen vix credi potest auctorem graecum tertii a. Chr. saeculi ab eo ipsum adhibitum esse, ut unam regionem describeret. neque enim de Scythia sola ille scripsit[3]). tamen non est quod temere cum Oehmicheno[4]) Iubam potissimum eo usum esse statuamus.

Ephorus vero inter auctores librorum 4—7 laudatur. 7, 145 inter Varroniana citatur. restant igitur libri 4—6. ac 4, 64. 120. 5, 136 ad libellum de insulis recte Kentenichius[5]) rettulit. sed 6, 198 alia via ad Plinium pervenit. cf. p. 33.

Timaeum quoque inter illius libelli auctores Kentenichius suo iure percensuit. nam 3, 85. 4, 120 ad eum librum pertinent. sed 4, 94. 104. 5, 55 sq. aliunde fluxerunt. Plinium vero cum mathematicum ab historico perperam seiunxerit[6]), non ipsius libros vidisse perspicitur. 5, 55 sq. Timaei doctrina cum eis cohaeret, quae

---

[1]) l. l. p. 25.

[2]) de Nepote Münzer cogitat p. 338.

[3]) cf. Steph. s. v. *Ἄρτισσα*.

[4]) *Plin. Stud.* 1880 p. 27.

[5]) l. l. p. 8.

[6]) qua de re cf. H. Brunn, *de Plini auctorum indicibus disp. isag.* 1856 p. 9.

modo p. 44 Seboso quamquam dubitanter tribuimus; de 4, 94 et 4, 104 Oehmichenum non sequimur, qui haec qnoque Isidoro suo vindicat[1]). quem Timaeo usum esse nulla re comprobatur. Polybi enim iudicio eins doctrina oblitterata esse videtur. sed cum Timaeo illo loco cohaerent Hecataeus, Xenophon Lampsacenns, Pytheas. hoc autem cum Timaeus tum Eratosthenes nsns est. laudatur Pytheas 2, 217 inter Varroniana[2]), unde fortasse 2, 187 quoque per eundem rivum ad Plininm fluxisse quis coniecerit, sed 4, 102 de Britanniae circuitu Pytheas et Isidorus adferuntur.

adiungo Posidonium, quem a Plinio inspectum non esse inter omnes constat[3]). qnod si argumentis firmare opus est, adest luculentissimum: landat enim Plinius ind. 5 eius *περίπλουν* aut *περιήγησιν* qnod opus omnino non conscripsit.

denique ex graecis auctoribus hi supersunt: Agathocles qni de Sicilia scripsit, nusquam laudatus praeter indices 4—6.

Alexander Polyhistor et in ind. 3—6 et 3, 124 de nomine Orobiorum laudatur. quo quamvis Varro usus sit (cf. Comm. Bern. Luc. 9, 411), tamen eo loco unde eius nugas Plinius sumpserit, hinc non expedio. Amometi laudatur Attacenorum historia fabulosa 6, 55 (cf. ind. 6). quae cum comparetur cum Hecataei de Hyperboreis fabula, a Plinio ipso lecta non esse videtur.

Antigenes (ind. 5), Apollodorus[4]) (ind. 4. 6) qui sint, mihi non exploratum est. nec minus obscuri Aristarchus Sicyonius (ind. 5), Callicrates (ind. 3. 5) Calliphanes (ibid.), item Diodorns Syracusanus.[5])

Eumachnm nunc vulgo explodunt omnino. at quamquam ind. 4 (p. 23, 21 Detl.) inter Agathoclem et Timaenm in solo codice Toletano eius nomen exstat, ind. 6 (p. 25, 8 Detl.) in hac serie *Agathocle Polybio Eumacho Timaeo* in solo cod. Paris 6797, tamen unde librarius nomen minime pervulgatum interponeret, praesertim cum in ipsis libris non legeretur, frustra quaesivi. accedit quod *περιήγησιν* illum Eumachum scripsisse constat Phlegontis testimonio: mirab. 18.

[1]) *Plin. Stud.* 1880 p. 6.

[2]) cf. R. Reitzenstein Hermes 20 (1885) p. 522sq.

[3]) cf. Edgarus Martini, *quaestiones Posidonianae.* Leipz. Stud. 17 (1895) p. 362sq.

[4]) cum oppida Boeotiae 4, 25. 26 pleraque, sed etiam aliarum Graeciae terrarum nonulla ex *Βοιωτίᾳ* sumpta sint, haud scio an non nimis audacter de Atheniensi cogitem eiusque *περὶ τοὺ νεῶν καταλόγου* libris. hinc 4, 26 *Glisas* scribo pro *Glissa* cum Barbaro.

[5]) an Agyrinus est? cuius opus propter titulum commemoratur praef. 25.

itaqne quamquam parum lucramur illo nomine bis in indicibus restituto, tamen a sitn vindicandus fuit.

Metrodorus inter fontes librorum 3—6 laudatur, in ipsis libris 5, 136 ex libello illo de insulis et 3, 122 nbi per Nepotem eum ad Plinium pervenisse Münzer[1]) coniecit. cui opinioni licet ipse subscribere dubitem, tamen ipsum a Plinio non inspectum esse concedo.

de Nymphodoro, qui *περιήγησιν* scripsit[2]), plane nibil efficere potui — landatur autem praeter indices 3 et 5 7, 17 ex Varrone et Isigono[3]) — idem valet de Periandro sive Pindaro (ind. 5) et Sotade (ind. 5).

denique nec Theophrastum (3, 57) Theopompumque (3, 57. 98. 4, 2) neo Timagenem (3, 132) ipsos Plinio praesto fuisse quis dixerit.

iam longo cursn peracto ubi indices ipsos contemplamur, minime concedo Oehmicheno[4]), indicem tertii librii Graecis exulatis decnrtatnm esse nec mihi probatur quod ex hac coniectura idem vir doctus conclusit ab initio coniunctos fuisse in unum libros nt 3. 4 ita 5. 6. sed in tertio libro cum de Romanis ut ita dicam orbis partibus a Graecis rationem mutuari Plinium puderet, quid mirum si pauci tantnm Graeci in indice quoque commemorantur? in qusrto antem libro quo cum alia tum Graecia pertractatur, plures Graecos nominari quivis intelleget.

Isidornm denique ipsum mensuris potissimum priorum corrigendis operam dedisse inde cognoscitur, quod huius maxime generis fragmenta plerumque addito eius nomine laudantur: cf. 2, 242—246. 4, 9. 102. 121. 5, 40. 47. 129. 132. 135. 136. 139. 150. sed minime eas solas ab Isidoro Plinius sumpsit. quod vero Athen. 3 p. 93[d] laudatur *Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς ἐν τῷ τῆς Παρθίας περιηγητικῷ*, ntrum generalis operis pars fuerit an singularis liber, ego non diiudicaverim. quamquam illud mihi quidem veri similius est. sed cum de Parthia, id qnod infra demonstrare conabimur, alios anctores Plinius consuluisse videatur, res in medio relinqnenda est[5]).

---

[1]) l. l. p. 312 adn. 1.

[2]) de eius aetate cf. Müller HGF. II p. 375 cf. etiam Hoefer Rhein. Mus. 59 (1904) 560sq.

[3]) cf. Münzer l. l. p. 25.

[4]) Acta soc. Lips. III 1873 p. 404.

[5]) mirari solent quod Plinius Strabone non usus est. quae res fortasse eo explicari potest, quod similia et aeque bona apud eius aequalem Isidorum sibi repperiase visus erat.

iam ut breviter comprehendamus, quid cnique potissimum debeatur: cum Varronianis Eratosthenea et Polybiana coniuncta sunt, reliqui Graeci cum ipso Eratosthene plerumque per Isidorum Characenum et Iubam Plinio oblati sunt, pauci apud Sebosum Nepotemque laudati. Agrippam autem fontes indicasse nulla re comprobatur, id quod pro indole eius operis minime ei crimini dandum est.

II. quae ratio inter Plinium et Melam intercedat.

cum ex omnibus auctoribus quorum nomina in librorum geographicorum indicibus reperiuntur, unus Mela aetatem tulerit, ab eo commodissime exordium ducitur. neque enim quamvis multi de ea re qnaesiverint, dilucide enucleatum est, quali vinculo cohaereant Mela et Plinius.

ac maximam inter eos non rerum tantummodo, verum etiam verborum esse similitudinem numquam viros doctos fugit. quae res per longum tempus ita explicari solebat, ut Melam a Plinio exscriptum esse statuerent[1]). quod quam falsum esset, primus Gustavus Oehmichen l. l. cognovit. multa enim apud Plininm ita comparata sunt, ut ne possis quidem putare ea ex Mela fluxisse. ad communem igitur auctorem eumque latinum similitudines esse referendas. de hac re dubitari nequit omnibusque hactenus probata est Oehmicheni sententia. alia vero quaestio est de auctore illo. nam Varronem quem ille utrique subesse contendit, non posse ab eis ubique exscriptum esse, Schweder rectissime exposuit[2]). exstant enim quaedam similiter similibusque verbis concepta apud utrumque, quae Varronis aetate scribi non poterant. itaque chorographiam latinam qnam Augusti instinctu compositam esse Schweder sibi persuasit, communem Melae Plinique fontem esse censuit. cui opinioni equidem accedere non possum. totum enim fundamentum quo Schwedero argumentatio nititur, non satis firmiter iactum est.

sed primum de indole libri Pomponiani quomodo iudicandum sit videamns. nam Melae postquam aetatem certa ratione supra exploravimus, illud restat quaerendum utrum ipse illam Thiae insulae commemorationem de suo addiderit, id quod per se veritatis quadam specie non omnino caret, an iam in fonte eo quem secutus est invenerit.

---

[1]) cf. auctores ap. Oehmichenum *de Varrone et Isidoro Plinii auctoribus.* Acta societatis Lipsiensis III 1837 p. 408.

[2]) *Beiträge zur Kritik der Chorographie des Augustus* III 1883 p. 7sq.

quam rem ut certo diiudicare possimus, Pliniano quodam loco efficitur, quem cum Mela Schweder comparavit[1]). tamen cum ille quaestionem plane turbaverit, de integro res nobis tractanda est. Plinius enim 4, 53 tertii illius sinus ex eis quos Varro constituit[2]), insulas enarrat ab Acroceraunis initio facto cum alias tum has: *ante Aetoliam Echinades Aegialia Cotonis Thyatira Geoaris Dionysia Cyrnus Chalcis Pinara Nystrus.* quas insulas plane ignotas cum novem nomina enumerarentur, ad novem Ecbinadas Schweder rettulit. idem acriter in Melam invectus est, qui has Echinadas inter Sporadas percensuisset 2, 111. Ecbinadum vero nomina, quae apud quemquam auctorem exstare Schweder negavit — ac ne hoc quidem ab omni parte recte se habet —, sane non enumerari solent apud geographos, fortasse propterea quod sine oppidis fuere et ideo ignobiles (cf. Plin. 4, 62). unde ipsa Plini doctrina suspicionem moveret. at hic illic unius vel alterius traditur nomen. itaque si verum esset quod Schweder statuit, haec inter Plini seriem inveniremus. duarum autem Echinadum nominatim Strabo facit mentionem: cf. 59 *καὶ ἡ πρότερον δὲ Ἀρτεμίτα λεγομένη μία τῶν Ἐχινάδων νήσων ἤπειρος γέγονε*[3]). eandem Plinius commemorat 4, 5 *Artemitam insulam adsiduo terrae invectu continenti adnectens* (sc. Achelous). at hanc a Plinio utpote non iam vere insulam exclusam esse dixerit quispiam. at enim restat alter Strabonis locus 458 *καὶ ταύτης* (*τῆς Ζακύνθου*) *δὲ καὶ τῆς Κεφαλληνίας πρὸς ἕω τὰς Ἐχινάδας ἰδρῦσθαι νήσους συμβέβηκεν, ὧν τότε Δουλίχιόν ἐστι — καλοῦσι δὲ νῦν Δολίχαν*[4]) — *καὶ αἱ Ὀξεῖαι καλούμεναι, ἃς θοὰς ὁ ποιητὴς εἶπε.* neque vero Dolichae nomen neque *Ὀξειῶν* insularum apud Plinium exstat[5]). ergo ibi Echinadum nomina non enumerantur. sed alias quasdam insulas percenseri a ceteris neglectas contenderis. sed ne hoc quidem ferri posse apparet Melae loco accuratius examinato: 2, 111 *at interius* (h. e. in mari, remotius ab ora) *Melos Olearos Aegilia*[6]) *Cothonius Thyatira Gyaros Hippuris Dionysia Cyanus Calchis Icaria Pinara Nyspiros Lebinthos Ca-*

[1]) Philologus 45 (1886) p. 720.

[2]) cf. Detlefsen, Hermes 21 (1886) p. 240—265.

[3]) cf. Artemidor ap. Steph. s. v. *ὁ δὲ Ἀρτεμίδωρός φησιν, ὅτι Χερρόνησος περὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἀχελῴου ποταμοῦ λεγομένη Ἀρτεμίτα.* cf. etiam Hdt. 2, 10 (unde Plin. 2, 201 pendet).

[4]) cf. Strab. 340 *τὸ γὰρ Δουλίχιον μία τῶν Ἐχινάδων.*

[5]) trium Echinadum nomina Schol. Stat. Theb. 2, 728 p. 136, 1 Jahnke enumerat *Artemita, Agalia, Megale.* Perimelen Echinada Ovidius novit met. 8, 591. nullum ex his nominibus inter Plini 'Echinadas'.

[6]) *Aegina* A, sed rectius reliqui codd. *Aegilia,* cl. 2, 109. neque enim Aegina interius in mari sita est.

lymnia[1]) *Syme. hae quia dispersae sunt Sporades.* quo ex numero Pliuins Melon (4, 70), Olearum (4, 67), Hippuriu (4, 71), Icaron, quae vocatur Icaria a Mela (4, 68), Lebinthum (4, 69), Calymnam (4, 71), Symen (5, 133) alibi tractavit. propterea barum rationem non babuit. sed reliqua novem ut videbatur nomina, quas insulas significarent, cum non intellegeret, enotavit. cum vero paulo ante apud Melam Echiuadea commemoratae essent, vel harum ipsarum nomina vel vicinas eis insulas se invenisse sibi gratulatus, ea exscripsit quae restabant. quae cum ita sint, Plinium illa nomina non minus depravata in sno Melae exemplari legisse apparet, quam nos in codicibus qui supersunt. neque igitur Mela neglegentiae reus est, qui Echinadas inter Sporadas rettulerit, quae Schwederi sententia est per se parum probabilis, sed Plinius qui nonnullas de Sporadibus iuxta Ecbiuadas collocavit. tamen habet aliquam sane excusationem. nomina enim in Melae codice adeo corrupta invenerat, nt vix agnoscerentur. consensu enim textns Pliniani et Melae has corruptelas iam paulo post huius librum editum codices occupasse manifestum est: *Cothonius* (pro *Cothon Ius*) M. cf. *Cotonis* Pl. *Thyatira* (*pro Thia Thera*), *Dionysia* (pro *Donysa*). *Pinara* (pro *Cinara*), *Nyspiros* (pro *Nisyros*) M. cf. Pl. *Nystrus.* exoritur autem quaestio, cui illae corruptelae imputandae sint. ac si uno loco una corruptela exstaret, non dubitarem eam librario quamvis antiquo tribuere. at hic plane aliter res se habet. series enim corruptelarum uno in loco apparet. quamobrem mihi quidem parum veri simile est, corruptionem inter Melam Pliniumque triginta plus minus aunis tantopere grassatam esse, postea per tot saecula fere cessasse, ita ut contextum vix magis depravatum nos in codicibns habeamus quam Pliuius. eo igitur perducor ut Melae ipsi temeritatis notam impiugam. ac non hoc uno loco eam cognosci in propatulo est. unum affero exemplum quo quanta socordia quautaqne libidine Mela in nominibus propriis rem instituerit, luculenter perspiciatur. quae enim ap. Plin. 5, 20 uuncupantur oppida Arsennaria et Cartenna, ea Melae 1, 31 sunt Arsinua et Cartinna. igitur ut similiter nomina caderent, alterum nomen decurtavit. ab eo autem bomine qui impeditum opus et facnndiae minime capax verborum aenteutiarum figurarum ornamentis exstruere conatur, res minus respici quam verba consentaneum est. itaque vel hoc uno quem tractavimus loco cognoscitur eis qui in Mela nomina propria corrigere velint, cavendum esse ne auctoris potius quam librariorum peccata emendent. illud tantum consequi possumus ut quae nomina Mela scribere debuerit, divinemus.

cnm vero illo loco Melam ipsum Plinio praesto fuisse certa ar-

[1]) *libenthos camysina* A.

gumentatione evicerimus, restat, ut quando Plinius e Mela illa 'Echinadnm' nomina addiderit, exquiramus. inter insulas cum Symen Plinius agnoverit et omiserit, de qua 5, 133 agitur, haud scio an recte libris geographicis, certe IV et V, absolutis Melae opus eum arcessisse concludam. itaque postqnam primariorum anctorum ope libros confecit, minoris quoque pretii scriptores perlegit, si quid inde fructus caperet.

de Melae autem anctore quid inde sequatnr, videamus. nam si Thiae insulae nomen ab ipso Mela corruptum exhibebatnr, fieri non potest, ut ipse eam insulam addiderit. itaque iam eius auctor eam novit. cum vero Thiam anno demum 46 p. Chr. e mari enatam esse accurato Plini testimonio [1]) constet, efficitur ut auctor Melae post hunc annum scripserit. unde cognoscitur ferri nullo modo Oehmicheni posse sententiam qui Varronem a Mela exscriptnm esse sibi persnasit. atqne quoniam qualis scriptor esset Mela, nobis dilncide apparuit, doctum illum anctorem ab isto nebulone lectum esse haud facile nt crederem, a me impetrarem.

sed ne in Angusti quidem illa de qua Schweder cogitavit chorographia propter temporum rationem Thia insula commemorari potnit. itaqne ne eam qnidem a Mela exscriptam esse perspicitur. quae sententia mnltimodis confirmatur. nam quamquam non dubium est, quin ea quibus Mela Plininsque ad ipsa verba usque consentinnt, in universum ad unum quendam auctorem Romanum referenda sint, tamen non sequitur, ut eodem anctore Mela quo Plinius usus sit [2]). nam sicut Plininm, cum eiusdem generis varia scripta perlegeret, fugere non potuit a inratissimis et proximis veteres transcriptos ad verbnm neqne nominatos [3]), ita temerarium esset concludere, Melae Plinioque eundem anctorem praesto fuisse, quamvis multa consentiant. sed illi non solum consentinnt multis, verum etiam dissentinnt, atque rectissime Schweder [4]) postulavit, ut etiam discrimina accnratius examinarentur. cui officio postmodo pro virili parte stare conabimur; prius autem Schwederi de chorographia Augusti opinio in examen vocanda est. nam hanc ab ntroqne expilatam esse contendit. atque unum quo huic sententiae adstipulari prohibeor, snpra tractavi. tota autem Schwederi demonstratio num recto talo stet, cum nemodum quaesiverit, sane operae pretium est perscrutari.

---

[1]) 2, 202.

[2]) ne hoc quidem temere statuendum esse omnes inter eos similitudines uni deberi scriptori iure Schweder *Beitr.* II 1878 p. 34 sq. monuit.

[3]) Plin. nat. praef. 22.

[4]) *Beitr.* III 1883 p. 32.

duobus autem potissimum locis usus est Schweder, ut chorographiam ab Augusto vel potius eius instinctu compositam esse demonstraret[1]): Divis. orb. 1 et Plin. 3, 46. si vero accuratius inspicimus, Augustum chorographiam conscripsisse nusquam traditum est. nam illud Divisionis testimonium prorsus aliter accipiendum est. ac primum quidem Schweder[2]) vulgatam apud Dicuilem (1, 2) lectionem sequitur: *terrarum orbis tribus dividitur nominibus Europa Asia Libia: quod divus Augustus primus omnium per chorografiam ostendit;* sic Partheyus edidit auctoritate fretus codicis Parisini (saec. X)[3]). at Dresdensis aetate ei suppar *quem* exhibet, non *quod*. quam lectionem antiquitus traditam fuisse Divisione ostenditur: *que* cod. Vatic.-Palat. 1357 praebet, quod ex *quem*, non ex *quod* natum est. maioris autem momenti haec diversitas est quam primo aspectu quis censeat. neque enim probata lectione *quem* de Augusti chorographia quicquam effici potest. si vero *quod* auctor ille scripsisset, manifestae hariolationis esset reus. neque enim verum est orbem ab Augusto primo trifariam divisum esse. tamen Riesius, qui in Divis. orb. 1 recte edidit: *quem divus Augustus primus per chorographiam ostendit*, Dicuilis verba de libro quodam Augusti accepit[4]). quam opinionem ut falsam recte reiecit. at ne subest quidem illis verbis. nam optime se habet, quod traditum est *quem*. revera enim Romanis Augustus primus orbem terrarum pictum proposuit, opere ab amico quidem incohato, sed ab ipso ad finem perducto, id quod diserte testari Plinium (3, 17) vix est quod moneam. neque igitur chorographia librum qualemlibet significat, sed tabulam pictam. eodem autem sensu ea vox ap. Vitr. 8, 2, 6 invenitur: *capita fluminum, quae orbe terrarum chorographiis*[5]) *picta itemque scripta plurima maximaque inveniuntur egressa ab septentrione.* neque inutile videtur hoc loco Ptolemaei verba in memoriam revocare qui dicit: praef. 1, 1, 6 *ὅθεν ἐκείνῃ* (i. chorographiae) *δεῖ τοπογραφίας, καὶ οὐδὲ εἰς ἂν χωρογραφήσειεν, εἰ μὴ γραφικὸς ἀνήρ. ταύτῃ δὲ* (sc. geographiae) *οὐ πάντως*, ubi pingendi notio in voce *τοπογραφία* apparet.

quae si consideraveris, non recte hunc locum a Schwedero accitum

---

[1]) *Beitr.* II 1878 p. 2 et 39 sq.

[2]) *Beitr.* I 1876 p. 43 sq. of. II 1878 p. 40 adn. 1.

[3]) recentiorum codicum lectiones nolo exscribere.

[4]) Geogr. lat. min. 1878 p. XI.

[5]) hic parum refert utrum cum codicibus *chorographiis* legatur, an sicut prioribus temporibus vulgabatur *chorographis*. nam si chorographus is est qui tabulam geographicam pingit, utique voce chorographiae ipsam tabulam significare licet.

esse concedes, qno chorographiam librum quendam Augusti nomine extitisse doceret.

nec magis aptus ad idem demonstrandnm est alter locus: Plin. 3, 46 *qua in re praefari necessarium est auctorem nos divum Augustum secuturos discriptionemque ab eo factam Italiae totius in regiones XI, sed ordine eo qui litorum tractu fiet,* eqs. hic ante Detlefsenum ferebatur *descriptionem,* unde error de Augusti opere videtur natns esse. hic autem nulla varietate adnotata *discriptionem* edidit, qnae lectio ad sensum nnice accommodata est. spectant enim illa verba ad Italiae in XI regiones divisionem, cui in eius descriptione Plinius se applicavit. tamen praeterea nil proprii Augusto vindicavit in Italia enarranda. nam opere Angusteo in Hispania et Gallia iam antea usus est. accedit qnod illius indoles a Detlefseno [1]) et Cuntzio l. l. rectissime exposita plane alia est quam qualem Schweder sibi animo finxit. improbo igitur ea qnae Schanzius de hac re disputavit [2]).

itaque Augusti nomen ab illa chorographia libro comprehensa procul habendum est. nam commentarios ab Agrippa confectos esse constat. cum hoc igitur nobis res est. id qnod Schweder ipse agnoscit, cum fragmenta Agrippea sine nlla dubitatione chorographiae suae adscribit [3]).

atque idem rectissime Oehmichenum graviter errasse contendit eo qnod Melam Pliniumqne in ora tantum describenda consentire censuit. nam in mediterraneis quoque regionibus summam inter eos exstare similitudinem, ita ut falso ad opus aliquod de ora maritima inscriptum eas referri appareat. quam rem optime Schweder exposuit primum qnidem *Beitr.* II 1878 p. 6sq. postea aliis locis compluribus. tamen qnod septenis locis Melam Pliniumque eadem exhibere asseruit, qnae a Müllenhoffio chorographiae illi quam perperam Augusti nomine inscribi modo vidimns, tributa sunt, ea res non adeo nos movit. nam si accuratius inspexeris, aut origo Agrippea illornm locorum minime probabilis est ant omnino quae commnnia sunt Melae cum Plinio ab Agrippa quam maxime aliena sunt [4]). idem valet de eis locis qnos Schweder ab Agrippa originem duxisse pntat, et ipse Müllenhoffium secutus.

haec ille exposuit *Beitr.* II 1878 p. 14sq. ubi de indole [illegible] eins

---

[1]) comment. Mommsen. 1877 p. 34.

[2]) hist. litt. Rom. II 1 [3]1899 p. 10 et 291.

[3]) *Beitr.* II 1878 p. 2sq.

[4]) unum hic pono exemplum: Plin. 6, 107 cl. Mela 3, 72 Varronianam doctrinam prae se fert, cf. Solin. 33, 1. de Plin. 6, 36. 38 cl. Mela 3, 38. 39 cf. supra p. 11.

libri accuratissime inquirit quem communem Plini Melaeque auctorem esse sibi persuasit. secundum ea autem quae supra disputavimus, pro Mela eius auctor animo substituendus est. examinandum est enim nobis possitne hic commentariis illis Agrippae usus esse. comparationem igitur inter Melam Pliniumque diligenter Schweder instituit, non sine fructu quidem, tamen non idoneam qua illud quod voluit, comprobaret. nam Melae 3, 50sq. cum Plin. 4, 102sq. composuit, rectissime illud, nec tamen vidit Agrippae fragmentum in Plini contextum inlatum nec satis cum vicinis enuntiatis esse coniunctum. obscuratur enim sententiarum conexus interpositis Agrippae mensuris et contorta evadit oratio 4, 103 *super eam haec sita est* etc. prius enim de situ Hiberniae quam de mensuris verba fuere facienda, si iusto ordine sermo procederet; id quod sequentibus demum fit. itaque hic Agrippea a fonte communi aliena sunt.

in Siciliae quoque et Cretae descriptione mirum in modum consentire Melam Pliniumque Schweder *Beitr.* II p. 28[1]) exponit. tamen si diligentius animum adverteris, apparebit quomodo singula apud Plinium cohaereant. ac de Sicilia agitur his locis: Mela 2, 115—119 Plin. 3, 86—91. Schweder hic Melae quoque descriptionem ab Agrippa petitam esse demonstrabat. numeros vero Agrippeos ab eo omissos utpote harum rerum parum curioso. at vide quomodo res revera se habeat. certa enim ratione demonstrare licet, Agrippea aliena esse ab ipsa insulae descriptione qua Mela Pliniusque consentiunt. apud Plinium autem post nomina insulae de quibus supra p. 26 egimus, circuitus secundum Agrippam indicatur. praeterea mensurae exstant hae: 3, 87 diarmata a Siciliae promunturiis usque ad Peloponnesum Africam Sardiniam. quae a Plinio ipso addita esse ad reliquam descriptionem, qua cum Mela consensus existit, luculenter eo cognoscitur quod grammatica ratione non apte cum ipso contextu coniuncta sunt: *Pelorum vocatur adversus Scyllam vergens in Italiam, Pachynum in Graeciam,* $\overline{CCCCXL}$ *ab eo distante Peloponneso, Lilybaeum in Africam,* $\overline{CLXXX}$ *intervallo a Mercuri promunturio et a Caralitano Sardiniae CXC m.* ubi quae diductis litteris effingenda curavi, parum commode aequabilitatem sermonis interrumpunt[2]). quae mensurae a Varrone aliena sunt. nam hic[3]) Italiam minus $\overline{CC}$ ab Africa distare docuit. itaque

[1]) eadem fere tractavit in progr.: *Die Concordanz der Chorographien des Pomponius Mela und des Plinius (nat. hist. III—VI)* Kiel 1879 p. 4sq. *Beitr.* III 1883 p. 37sq.

[2]) idem iudicat Oehmichenus Acta societ. Lips. III 1873 p. 412.

[3]) cf. Plin. 3, 45 et supra p. 9.

Africam multo magis vicinam Italiae sibi finxit, quam ut a Lilybaeo CLXXX computaret nsque ad Mercuri promunturium. Agrippae autem non sine probabilitate hae mensnrae adscribuntur. iam desideratur in ea enumeratione Italiae a Peloro intervallum quod Agrippam posnisse ntiqne verisimile est. quod spatium Plin. 3, 86 exbibet: *mox interfuso mari avulsa XV in longitudinem freto, in latitudinem autem MD p. iuxta Columnam Regiam.* ne hae quidem mensurae apud Melam leguntur. sed hand scio an in illis verbis recte mihi conexus displiceat. nam ubi terra avellitur, primum quaeri videtur, non qnam longo tractn, sed quam lato hiatu fretnm factum sit. si invicem res agitnr, causa quaerenda est. Agrippae autem proprium est priore loco longitudinem indicare, seqnente latitudinem, id quod ex eius fragmentis nec non ex Divisione orbis et Dimensuratione provinciarum certissime apparet. qnae cum ita sint, haec quoqne addita esse cernitur.

sequnntnr apud Plinium baec: *inter se autem haec promunturia ac latera distant his spatiis* eqs. quibus in verbis duae res confundnntur. nam contra rationem dicta snnt latera inter se distare. itaque aut promunturia distare dicendum fuit, aut laterum longitndo circumscribenda. quamobrem dnorum anctorum vestigia manifesto tenemns. qnae observatio a lingua profecta ipsis rebus egregie confirmatur. nam de tribus lateribns duo quidem e chorographia Strabonis h. e. ex Agrippa petita sunt, tertium ex alio fonte adiectum, sicut Partscbius[1]) acute adnotavit. paulo longins hic liceat evagari ut rem incohatam qua postea nobis opus est, ad finem perdncamus. Strabo[2]) enim terrena spatia indicat Pachyni et Pelori, dein Messenae et Lilybaei: *πεζῇ δὲ ἐκ μὲν Παχύνου εἰς Πελωριάδα ἑκατὸν ἑξήκοντκα ὀκτώ, ἐκ δὲ Μεσσήνης εἰς Λιλύβαιον τῇ Οὐαλερίᾳ ὁδῷ <διακόσια> τριάκοντα πέντε.* inter has chorographi mensnras desideratur tertium latus. nec satis accurate inter promunturia spatia indicantur. quod si voluisset chorographus, pro Messana Pelorum ponendnm fuit. tamen nolim cum Partschio hanc viam addere ad arbitrium. at dixeris plns quam illnd *διακόσια* lacuna periisse. proin videamus nnm quid auxili petere possimus ex reliquis auctoribus qui ab Agrippa pendent. atque Orosius 1, 2, 100 (52) haec exhibet: (Sicilia) *habet a Peloro in Pachynum milia passuum CLVIIII, a Pachyno in Lilybaeum CLXXXVII*[3]). quibus in verbis pro Pacbyno Pelorum

[1]) l. l. p. 52.

[2]) p. 266 C.

[3]) var. *CLXXVII.* Cosmogr. p. 102, 1 (Riese) numeri exstant *CXLVIIII* et *CLXXIIII.*

scribendum fuisse videtur Orosio. sed errorem Cosmographiae auctor iam novit. deinde in Dimens. 13: *Sicilia patet in longitudine milia passuum a Peloro usque ad Pachynum CLXXXVII, in latitudine milia passuum CLXXXVIIII.* compono mensuras

	Strab.	Oros.	Cosmogr.	Dimens.	Plin.	Mart.	Dio.
a Peloro ad Pachynum	168	159	149	187	186	176	186
a Peloro ad Lilybaeum	235	187	174	189	142 [1])	143	142

quos numeros corruptos esse ipsis differentiis comprobatur. tamen non adeo mutati sunt, ut non aliquo modo cum Strabonianis coniungantur: 168 (*CLXVIII*) inter 159 (*CLVIIII;* nota *CXLVIIII* Cosm.) et 187 (*CLXXXVII*) quasi medium quendam locum tenent, nisi forte in Dimens. numerus prior ad spatium posterius pertinet; ac ne reliqui quidem *CLXXVII* (Oros.) et *CLXXXVIIII* (Dimens.) adeo ab *CCXXXV* differunt: fac pro *C* errore *L* exaratum: sunt fere similes. quae cum ita sint, suspicio nascitur Agrippam more suo [2]) longitudinem tantum et latitudinem duobus lateribus indicasse. hinc perspicitur cur Plinius tertium latus ex alio auctore adsumpserit: cf. Agathem. 5, 20 qui a Lilybaeo ad Pachynum stadia ͵αχ′ i. $\overline{\text{CC}}$ p. computat. sic melius eius consilium intellegere possumus quam si cum Partschio l. l. de eo omnino quaerere supersedemus. sed vereor ne praepropere Plinium hoc ex Artemidoro sumpsisse statuerit. nec enim ullo loco ex Artemidoro fluxere Pliniana, quae ad Romanos auctores referenda esse probabile est. itaque cum inter ipsas Agathemeri mensuras Siciliae Timosthenis nomen bis apparet, haud scio an ad Eratosthenem delegemur, qui Timosthenem adhibuit et ipse ab Artemidoro adhibitus est. minime vero cum Müllero [3]) de laterum mensuris inter se commutandis cogitare licet, quam opinionem Detlefsenus probavit. pauca denique de circuitu addere liceat. cuius mensuram Detlefsenus correxit $\overline{\text{DXXVIII}}$. statuit autem circuitum terreno itinere compertum et tribus lateribus illis 3, 87 enumeratis componi. quae res plus uno nomine periculosa est. nam quoniam illa latera non uni auctori deberi cognitum est, cum Müllero facere malim qui Timostheneam mensuram circuitus emendavit ita ut cum Agrippea consentiat: 4940 enim stadios — ͵δϡμ′ scripsit pro ͵δψμ′ — efficiuntur $\overline{\text{DCXVII}}$ D p. quod iter maritimum

[1]) det. 170.

[2]) qui hoc Strabonis loco illustratur 83 *πανταχοῦ δὲ ἀντὶ τοῦ γεωμετρικῶς* (quale Eratosthenes sectatus est) *τὸ ἁπλῶς καὶ ὁλοσχερῶς ἱκανόν. μέγεθος μὲν οὖν ἱκανόν ἐστιν, ἂν τὸ μέγιστον εἴπῃς μῆκος καὶ πλάτος* eqs.

[3]) Geogr. gr. min. II 483.

iutellegendum esse Partschius cognovit l. l. p. 52sq. idem Strabo apud chorographum fuisse testatur 266. quae vero contra Partschinm Oehmichenus 1880 p. 67 disputavit, fnttilia suut. sed ad propositum revertamnr. Agrippeas igitnr mensuras hic quoque cnm alius auctoris descriptione coninnctas esse coguovimus. apud Melam autem earum nec vola nec vestigium.

iam meusuris absolutis de urbium ordinibns agitur. ac summa quidem praemissa est. tunc partim in ipsum periplum receptae cnm nominibus ordinum significationes, partim exacto periplo reliquae quasi mediterraneae ad litterarum ordinem collectae sunt. de his Cuntzium secuti infra disputabimus[1]). cum Melae autem descriptione neque Agrippea neque Angustea conveniunt. quae vero restant eis exemptis non modo similia sunt, sed eodem ordine procedunt. cum vero Plinius ex illis auctoribus descriptionem suppleverit, aperte ipsam neqne ex Agrippa neque ex Augusto fluxisse perspicitur. inde consectaneum est, nt ne Mela quidem ab altero utro ex eis peudeat.

idem Cretae descriptione qnam post Siciliam Schweder tractavit p. 29sq. luculentissime comprobatur. cf. Mela 2, 112. 113 et Plin. 4, 58—60. item optime narrationes congruere contendit nisi quod numeri Agrippei ab Mela omissa sint. quae iam examinemus.

sed ut a fine exordium ducam, diarmata Agrippae tributa 4, 60 postea adiecta sunt. id quod vel pronomine *ipsa* probatur, de quo usu cf. Oehmichenus *Plin. Stud.* 1880 p. 11. accedit gravius aliquid: diversae sunt eaedem in periegesi mensurae. Agrippa euim ad Cadistum a Malea metitur $\overline{LXXX}$[2]), in periplo autem a Phalasarna — nota diversum locum, sed vicinum — ad Maleam computantur $\overline{XXV} + \overline{XV} + \overline{V}$ (cf. 4, 57 et 56), quibus addenda est longitudo Cytherae. qui numerus certe aliquanto minor est. porro Agrippea mensura a Samonio usque ad Carpathum est $\overline{LX}$, in periegesi idem spatium $\overline{XXXVII}$ (i. 300 stad.) computatur, cf. 4, 71. maritima igitur spatia prolixius Agrippa hic quoque emensus est. deniqne promunturium Cadistns in ipsa insularum descriptione nulla re praedicatur, simpliciter inter montes eius nomen apparet 4, 60 ac ne in spatiis quidem reliquarum insularum indicandis exstat. nam 4, 71 falsam esse coniectnram Hardouini, quam male in coutextum admisit Detlefsenus, luce clarius est. minime enim ubi Astypalaeae a Creta intervallum definiatur, ab ea parte metimur

[1]) cf. p. 95sq.

[2]) sic Detlefsenus cum A, $\overline{LXXV}$ E, $\overline{LXX}$ reliqui.

quae aversa est, sed a proxima. ergo in *sisto* equidem *samonio* potius latere existimo[1]).

diarmata igitur quae nominatim Agrippae Plinius vindicavit, ab ipso addita sunt ad descriptionem. unde eam alienam esse ab Agrippa apparet. sed de longitudinis latitudinisque mensuris agendum est, quas Schweder et ipsas Agrippae tribuere videtur. tamen ne hoc quidem recte. auctores enim quos ab Agrippa pendere constat, hasce exhibent:

Dimens. 10: long. *CLXXIII* lat. *VI*
Oros. 1, 2, 97 (50): long. *CLXXII* lat. *L.*

itaque de longitudine fere convenit, latitudinem L potius quam VI Agrippam posuisse arbitror. at plane diversae sunt mensurae a Plinio prolatae: 4, 58 *latitudine nusquam L excedens*[2]) *et circa mediam sui partem maxime patens.* multo igitur subtilius quam solent Agrippae esse mensurae, latitudo describitur[3]). longitudo autem in descriptione Plini CCLXX computatur, quem numerum ne quis corrigendum censeat, confero mensuram Sosicratis ab Apollodoro acceptam (Strab. 474 fin.) nec non ab Agathemero prolatam (4, 26) quae paulo etiam prolixior est: 2300 stad. i. CCLXXXVII D. p. at dixerit quis Agrippae mensuram iusto breviorem esse, additis C eam emendandam. cui hisce ego occurro: quamquam ex eis quas Strabo l. l. adfert mensuris nulla infra MM stadia descendit, tamen Agrippae numerum consensu Dimensurationis et Orosii haud mediocriter firmatum propterea mutare vereor, quod re vera longitudo Cretae, si ex tabulis pictis quas manibus tenemus, iudicare licet, proxime a mensura Agrippea abest. in universum autem ille ut maritimas mensuras prolixius, ita terrestres parcius computat. ac ne hoc quidem omiserim monere, quod iam supra p. 55

---

[1]) alia ratione Müller rem expedire conatus est. qui GGM. I p. 44 cl. 4, 71 ubi lectionem *Cadisto* retinet, 4, 60 supplevit *item Cadisto* <*ab Astypalaea, Coryco*> *a Malea Peloponnesi LXXX.* quae coniectura quamvis Detlefseno 1904 probetur, propterea mihi reicula videtur, quod duobus locis mutatio fit. ceterum discrepantia quae est inter Agrippea 4, 60 et periegesin 4, 71, ne sic quidem removetur.

[2]) Agrippa semper certos numeros scripsit, cum illa vero locutione cf. 3, 45 *haud ullo in loco CC latitudinem excedens,* quae Varronis esse infra demonstrabimus.

[3]) propter latitudinem ab Orosio prolatam Schweder *Beitr.* II p. 57sq. Cretae mensuras Agrippae vindicavit. quod our non fecerim, supra expono. adde quod Orosius minime intactam Agrippae doctrinam servavit, cuius rei pauca adfero testimonia: Hispania bipartitur 1, 2, 73. 74 (34. 35), Aegyptus Asiae attribuitur 1, 2, 8 (12).

adnotavi, Agrippam constanti usn longitudinem ante latitudinem collocare, hic inverso ordine mensuras proferri. quae cum ita sint, diversae originis iudico mensuras a Plinio in periegesi prolatas ab Agrippeis. cum periegesi autem Melae descriptionem optime consentire Schwedero concedo. at contrarium inde efficitur qnam qnod ille conclusit: Mela quoque ab Agrippa alienus est.

una cum Creta etiam de Euboea actum est, quae simillime describitur atque Creta: Mela 2, 107 et Plin. 4, 63. 64. ubi ntrumque einsdem auctoris proferre doctrinam quivis facile concedet, sed eum non Agrippam esse persevero; accuratius vero haec exponere, cnm res eadem sit atque de Creta, non opus est. cadunt igitur ea quae Schweder *Beitr.* II p. 57 propter solam descriptionum similitudiuem dixit. de Sardinia vero et Corsica (Mela 2, 112. 113 Plin. 3, 80. 83. 84) quae Müllenhoffium secutus p. 58 adn. 2 contendit, demonstrare ne temptavit quidem. at hercle in snmmas difficultates adducimur, ubi eas mensnras ad Agrippam referre volumus. de Corsicae enim mensuris *ὁ χωρογράφος* (Strab. 224) testis est: *μῆκος δὲ τῆς νήσου φησὶν ὁ χωρογράφος μίλια ἑκατὸν ἑξήκοντα, πλάτος δὲ ἑβδομήκοντα.* Dimens. autem 16 numeros corruptos exhibet $\overline{CXXX}$ et $\overline{XX}$, Oros. 1, 2, 103 (54) $\overline{CLX}$ et $\overline{XXVI}$. unde firmatur longitudo secundum Agrippam $\overline{CLX}$, latitudinem autem cum Orosi quoque numerns corruptela laboret, recte Partschius[1]) $\overline{LXX}$ videtur constituisse secundum Strabonem. Plinins vero 3, 80: *Corsica*, inquit, . . *longa passum* $\overline{CL}$, *lata maiore ex parte* $\overline{L}$. quos numerȯs tuetnr Mart. Cap. 644. sed Dicuil 8, 13 qui hunc Plini locum laudat, pro priore $\overline{CLX}$ exhibet, alterum omisit. fac igitur eum de longitudine verum servasse: de latitudine nullo modo convenit inter Plinium et Agrippam. tamen addenda esse $\overline{XX}$ nnmero Pliniano aliquis coniecerit. tunc consensus quidem cum Strabone evadit, sed obstat qnod latitudinem iusto amplius ab Agrippa constitutam esse ipse Partschius monuit. unde temeritatis est meliorem Plini numerum corrumpere. de longitndine igitur res ne quid dicam gravius, ambigua est, latitudinem vero non convenire certum est. quamobrem audacius videtur Partschi conamen Corsicae mensuras Agrippae tribuentis.

quae sententia etiam infirmabitur nbi Sardiniae mensuras contemplati erimns. quas ne Partschius quidem Agrippae dare audet. largius enim mensurae qnae ab eo pendent, suppeditant: Strab. 224 *Σαρδόνος δὲ μῆκος διακόσια εἴκοσι, πλάτος δὲ ἐνενήκοντα ὀκτώ.*

---

[1]) *Die Darstellung Europas in dem geographischen Werke des Agrippa.* Breslau 1875 p. 48.

Dimens. 17 long. $\overline{CCLXXX}$ lat. $\overline{CCXXX}$[1])
Oros. 1, 2, 102 (53) long. $\overline{CCXXX}$ lat. $\overline{LXXX}$[2]).

de longitudine praeter $\overline{X}$ conuenit. at toto caelo distant uumeri Pliniani 3, 84 atque etiam eo differunt, quod quattuor insularum latera circumscribuntur. dein ne diarmata quidem conueniunt. nam Plinius $\overline{CC}$[3]) ab Africa distare Sardiniam dicit, *τριακόσια* Strabonis *χωρογράφος*. ac potest quidem fieri ut hic uumerus emendetur. quamquam ratioues quibus Partschius l. l. p. 48 hoc defendit, mihi uon probantur. quamvis igitur orae septentrionalis mensuram multo longiorem indicasse Plinium non eam infitias[4]), tamen non modo eius mensurae, sed ne ratio quidem metiendi cum Agrippae consentit, qui longitudinem latitudiuemque pouere solet.

deinde Arcadiae descriptiones (Mela 2, 43 Pliu. 4, 20. 21) Schweder *Beitr.* II p. 31 composuit. cui hoc loco plane accedo. uec tamen inde origo Agrippea comprobatur, cum nihil insit quod huic auctori liceat tribuere. oppidorum autem seriem secundum litterarum ordinem dispositam 4, 22 Augusti esse apparet. ea autem cum totam Peloponnesum amplectatur, id quod Schweder quoque agnoscit, a periegesi aliena est.

deinceps Schweder Divisioue orbis comparata p. 34sq. demonstrare conatus est Plinium Melamque pendere ex chorographia illa Romana. proinde hanc eius disputationis partem iu examen vocemus. undecim autem locos Plini enumeravit quos a Mülleuhoffio recte chorographiae tributos esse contendit. ex quibus quosdam iam absolvimus. iam de eis qui restant videamus.

proficiscimur autem cum Schwedero a Galliae finibus, de quibus Agrippae fragmentum exstat apud Plinium 4, 105 ubi Gallia comata sic circumscribitur: *Galliarum inter Rhenum et Pyrenaeum atque oceanum ac montes Cebennam et Iures, quibus Narbonensem Galliam excludit* (sc. Agrippa), *longitudinem* $\overline{CCCCXX}$ *latitudinem* $\overline{CCCXVIII}$ *computavit*[5]). unde cognoscitur apud Plinium 3, 31 fines provinciae Narbonensis secundum Agrippam indicari: *Narbonensis provincia . . amne Varo ab Italia discreta Alpiumque . . iugis, a reliqua vero Gallia latere septentrionali montibus*

[1]) numerus ad corrigendum priorem adscriptus falsum locum occupavit.

[2]) sic etiam Cosmogr. p. 102, 11 Riese.

[3]) cf. 1500 stad. Itin. Anton. p. 240 P.-P.

[4]) at invicem se numeri tuentur. quattuor enim latera efficiunt circuitum $\overline{DLXXV}$ p. circuitus autem $\overline{DLXV}$. $\overline{X}$ igitur tantum erratum est. laterum autem mensuras Mart. Cap. 645 confirmat.

[5]) de numeris quos nunc quidem nou curamus cf. Partschius l. l. p. 32.

Cebenna ac Iuribus. qno cum loco conferendus est Dimensurationis locus 21 *Gallia Narbonensis et Aquitania*[1]) *ab oriente Alpibus, ab occidente saltu Pyrenaeo, a septentrione montibus Cebenna*[2]) *et Iuribus, a meridie mari Gallico.* genuinum hoc Agrippae fragmentum esse ipso laterum ordine egregie comprobatur. solet enim Agrippa, sicut plurimis locis observare licet, terminos ita definire, ut ab oriente ad occasum, ab septentrionibus ad meridiem procedat. panlo ab eius verbis destitit Divis. orb. 8 ubi pro notionibus *montibus Cebenna et Iuribus* quae consensu trium locorum Agrippae ipsi vindicantur, *finibus Viennensium et montibus Cebennicis* legitur. tameu duorum testium sententiam genuinam esse, Divisionis verba adulterata vel inde cognoscitur, quod illi iustum ordinem retinuerunt, qui Agrippae ab Hispaniae orientem versus proficiscenti[3]) observandns fuit, eundem in Divis. inversum esse elucet, eo quod ab oriente ad occasum finis septentrionalis describitur. manifesta igitur verba Agrippae tenemus apud Plinium et in Dimensuratione. iam Melam contemplemur: 2, 74 *Gallia Lemanno lacu et Cebennicis montibus in duo latera divisa atque altero Tuscum pelagus adtingens, altero oceanum, hic a Varo, illic a Rheno ad Pyrenaeum usque permittitur.* quibus in verbis complura snnt digna memoratione. ac primum quidem diversum tractum Melam sequi atque Agrippam primo aspectu patet. deinde uon montes Cebenna et Iures afferuntur, sed lacns Lemaunus et Cebennici montes[4]). Agrippae igitur vestigia nnlla. sed vide qnantum Mela distet etiam ab ipso Pliuio: Narbouensem Tuscum mare adtingere contra Plini usum dictum est[5]), qui 3, 75 Gallicum ante Narbonensem provinciam, deinde Ligusticum, ab eo demum ad Siciliam insulam Tuscum mare percenset. contrarium igitur ex hac comparatione effecimns quam quod Schweder inde conclusit: nec Melam Agrippa nti nec omnino eodem quo Plinium fonte.

tum de Mela 1, 49 et Plin. 5, 48 breviter agere possumus. ab Agrippa enim Aegyptnm cnm Africa coniungi diserte testatur Plinius: 5, 40 *Agrippa totius Africae a mari Atlantico cum inferiore Aegypto* [XXX] *longitudinem* (prodit). cni sententiae quae uobis quidem

---

[1]) fieri non potest ut verba *et Aquitania* genuina sint.

[2]) *cateuene* codd. certe propius abest quod Riesium recte edidisse puto *Cebenna*, quam quod vulgo ante eum legebatur *Cebennicis*.

[3]) qua de re paulo post agemus p. 63.

[4]) ne 2, 80 quidem siugularis exstat quo Agrippa utitur. mons autem Cevenua apud Caesarem quoque uuice dicitur: Gall. 7, 8, 2. 3. 7, 56, 2.

[5]) nou Melae errorem subesse, sed eius auctorem Tusci maris nomen latius propagasse ex 1, 17 perspicitur.

familiaris est[1]), neque Mela neque Plinius applauserunt. immo vel Divis. orb. 20 Aegyptus inter Asiae terras commemoratur[2]); Dimens. autem 28. 29 Aegyptum et inferiorem et superiorem secundum Agrippae sententiam Africae adnectit. sed diversitatem quandam qua Mela a Plinio recedit, notare non omiserim. Mela enim 1, 49 Aegyptum usque ad Catabathmon finem Cyrenaicae extendit, ita ut neglecta sit Libya, de qua diligenter agit Plinius 5, 39[3]). iterum igitur neque Agrippa communis utriusque auctor est, neque ad unum auctorem referre licet Melam Pliniumque.

sequitur Syria, de qua Schweder p. 21 et 37 Mel. 1, 62 Plin. 5, 66 Oros. 1, 2, 24 (8. 9) contulit. ac summa similitudine cohaerere Melam ac Plinium nemo ibit infitias; nisi quod quae nomina apud Plinium ordine quodam leguntur, ea Mela turbavit. contra Orosius quam maxime ab eis distat. nam quae apud eos confunduntur, ea diligenter divisa exhibet Orosius aliumque Syriae ambitum tribuit. Mela enim Pliniusque regnum quondam Seleucidarum eo nomine comprehendunt, Orosius provinciam Romanam, quam tripertitum dicit ad posteriorum temporum ordinem, sicut Expos. tot. mundi 23, cf. etiam Geogr. lat. min. p. 127, 3. iam Indiae descriptionem comparavit Schweder: Mela 3, 61 Plin. 6, 56. 57 Div. orb. 24 (Dicuil 2, 5) Dimens. 1 Oros. 1, 2, 15 (6). hic artissime inter se cohaerent Mela et Plinius. ac Plinius quidem in fine Agrippae mensuras addidit. tamen ad alium Indiae ambitum eas spectare quam quem ut Plinio ita Melae observatum esse cognoscitur, satis dilucide apparet. nam hi generaliter usque ad Eoum oceanum ultra Gangen Indiam extendunt, Agrippa id quod perspicitur consensu Divisionis Dimensurationis Orosi, ab oriente flumine Gange Indiam circumscripsit. accedit quod Taurum[4]) finem septentrionalem nec Plinius nec Mela commemorat. quamobrem ulla re probari nego Agrippam communem Melae Plinique hic fontem esse.

porro Schweder p. 39sq. exordium Divisionis cum Plinio contulit[5]).

---

[1]) quamquam ea quae a Nilo ad orientem versus sita sunt, haud scio an tota antiquitas Asiae tribuit. cum vero de Nilo termino Africae Asiaeque constaret, de Aegypto dubitari licuit. nam alius alio Nili ostio terrarum partes finivit.

[2]) una cum Divisione Orosius quoque ab Agrippa defecit, sicut supra notavimus p. 58 adn. 3.

[3]) de qua discrepantia infra accuratius agemus.

[4]) breviter adnoto Plin. 5, 97sq. Tauri descriptionem cum Mela 1, 81 congruere, sed quo iure hoc ad chorographiam pertinere dixerit Schweder nescio. immo ab Agrippa qui Caucasum a Tauro secernit (cf. Plin. 6, 37 al.) haec aliena.

[5]) locos et hos et de quibus modo agetur, commodissime oculis praebuit Schweder p. 42sq.

verba autem sunt haec: *terrarum orbis tribus dividitur nominibus: Europa Asia Africa vel Libya.* quibuscum compara Pliniana 3, 3 *terrarum orbis universus in tres dividitur partes Europam Asiam Africam.* res quidem vulgaris est, sed cum verba ipsa quam maxime similia sint, vix potest negari eodem auctore utrumque nsum esse. cui opinioni hoc quoque favere videtur, quod ordo terrarum utroque loco idem est, quamquam Plinius in ipso operis enarratione alium sequitur, alium in limine proposuit. iam Melae verba conferamus 1, 8: *hoc mari et duobus inclytis amnibus Tanai atque Nilo in tres partes universa dividitur.* quae a verbis Divisionis aliquantum recedunt, sed proxime absunt ab eis Plini quae non tam accurate cum illa consentiunt. adde quod et *terra universa* et *terrarum orbis* per se sufficit, *terrarum orbis universus* abundantius dictum videtur. quid multa? Plinius ex duobus fontibus unum conflavit enuntiatum, nempe ex eo auctore, cui Divisionis verba debentur h. e. ex Agrippa, et ex altero, a quo Melae doctrina derivata est.

quae observatio sequentibus comprobatur. pergit enim Plinius: *origo ab occasu solis et Gaditano freto.* compara Divisionis verba: *principium ergo erit omnibus ab Europae freto quem locum Graeci Heracleos stelas appellant*[1]). nil horum simile apud Melam. sed quae subsequuntur apud Plinium: *qua inrumpens*[2]) *oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur; hinc intranti dextera Africa est, laeva Europa, inter has Asia, termini amnes Tanais et Nilus,* haec dico optime cum Melae verbis congruunt: 1, 7 *angustias introitumque venientis nos fretum, Graeci porthmon appellant*[3]). *qua diffunditur, alia aliis locis cognomina*[4]) *acceptat . . . 8 hoc mari et duobus inclytis fluviis, Tanai atque Nilo, in tres partes universa dividitur . . . quod terrarum iacet a freto ad ea flumina ab altero latere Africam vocamus, ab altero Europen, ultra quicquid est, Asia est.* nota hic ab utroque Africam prius poni, nam cum duae res a lateribus positae enumerantur, dextrum latus laevum praecedere solet. sed 1, 25 Mela, ut cum posteriore coninngatur ipsa descriptio, laevum dextro anteire voluit.

[1]) hinc perspicitur Agrippam ab Hispania coepisse. adde quod Div. 1 Europa primo loco commemoratur. neo quod in Dimensuratione ab oriente et India fit exordium, miramur: ibi enim paradisum situm fuisse Christianorum communis opinio est cf. e. g. Sidon carm. 2, 407 sq Alc. Avit. carm. 1, 95.

[2]) banc notionem Varronianam esse infra probabimus.

[3]) cf. Plin. 3, 74 *in eo* (sinu) *maria nuncupantur, unde inrumpit, Atlanticum, ab aliis magnum, qua intrat, Porthmos a Graecis, a nobis Gaditanum fretum* eqs. quae recte ad Varronem Detlefsenus, Hermes 21 (1886) p. 240 sq. rettulit.

[4]) nota apud Plin. 3, 3 pluraliter *maria interiora* dici.

alia quoque diversitas apparet: in Divisione legitur a Graecis Heracleos stelas illum locum vocari, Plinius 3, 4 indigenas hoc nomine uti enarrat. qui locus usque ad verba cum Melae 1, 27 consentit.

itaque sicut iam saepius vidimus, ue hic quidem Mela ab Agrippa peudet. Plinius antem duobus ex fontibus hausit, quorum alter est Agrippae commentarius, alter ille a quo Melae doctrina originem primariam traxit.

dein comparantur a Schwedero Hispaniae descriptioues p. 45sq. propono primum fragmenta Agrippea quae huc spectant:

1. de Baetica: Plin. 3, 16 *longitudinem universam eius prodidit M. Agrippa* $\overline{CCCCLXXV}$[1]) *p., latitudinem* $\overline{CCLVIII}$, *sed cum termini Carthaginem usque procederent.* 2. de Lusitania: Plin. 4, 118 *Lusitaniam cum Asturia et Gallaecia patere longitudine* $\overline{DXL}$, *latitudine* $\overline{DXXXXVI}$ *Agrippa prodidit.* de Tarracoueusis proviuciae mensuris paulo post videbimus. diserto autem testimonio Plinium eas nulli auctori tribuere praemoueo.

sed Dimens. 22—24 tres provincias secundum Agrippam tractat:

1. de Baetica: 24 *Hispania ulterior ab oriente Oretania, ab occidente oceano, a septentrione flumine Ana, a meridie mari Hiberico. cuius spatia expanduntur in longitudine milia passuum CCCCLXXX, in latitudine milia passuum CCLXXXIII.* 2. de Lusitania: 23 *Asturia et Gallicia Lusitania*[2]*), ab oriente Cantabria et Oretania, ab occidente oceano . . . cuius spatia habent in longo milia passuum DLXXX, in latitudine milia passuum DLXXXV.* 3. de Tarracoueusi: 22 *Hispania citerior finitur ab oriente saltu Pyrenaeo, ab occidente Oretania, a septentrione oceano, a meridie mari Hiberico. cuius spatia patent in longo milia passuum DXXXV, in latitudine milia passuum CLXXXIII.*

trifariam Hispania dividitur etiam iu Divisioue orbis 3sq.

Hispaniarum igitur provinciae tres. ex eo loco (sc. freto Gaditauo) *ad montes Pyrenaeos per milia passus DCCCC in longitudine porrigitur, eademque latitudo in austro*[3]*). sed qua contrahitur CCC milia passus videtur ‹lata›*[4]*). itaque proxima a Pyrenaeis montibus citerior.*

---

[1]) Mart. Cap. 632 hunc quidem numerum tuetur, in altero aberravit ad Plin. 3, 17.

[2]) hic Riese *et* post vocem *Gallicia* collocavit. at vide ne potius ab initio Lusitania primo loco commemorata fuerit.

[3]) verba *in austro* in codice omissa ex Dicuile Riesius recepit. tamen num gennina sint haereo.

[4]) addidit Riesius, sed haud scio an lenius pro *milia passus* intellegamus *milium passuum.*

1. de Baetica: 4 *Cordubensis Baetica. prima itaque provincia finitur ab oriente saltu Carthaginiensi et Oretania, ab occidente oceano, a septentrione flumine Ana, a meridie mari Celtiberico.*

2. de Lusitania 5. *Hispania Lusitania cum Asturica et Gallaecia. finitur ab oriente Noeca Asturum*[1]*, quae est ad mare oceanum. inde recta regione in meridie ad † Statacum*[2]*, ab occasu . . .*[3] *a septentrione oceano, a meridie flumine Ana. patet in longitudine milia passuum CCCCLXXX, ‹in› latitudine CCCCL.*

3. de Tarraconensi: 6 *Hispania citerior. finitur ab oriente saltu Pyrenaeo, ab occidente Noeca, quae est ad oceanum, inde recta ‹regione Carthaginem›*[4]*, a septentrione oceano, a meridie mari Celtiberico. longitudo* $\overline{D}$*, latitudo* $\overline{CC}$.

intricatior quaestio est, cum vix numeri bini concinant. tamen hoc certo ex Plinio cognoscitur, apnd Agrippam Baeticam usque ad Carthaginem propagatam fuisse, Lusitaniam usque ad Asturum Cantabrorumque fines addita Gallaecia et Asturia. qnae divisionis ratio cum per breve tempus constitisset, a Plinio spreta est. neque enim in ipsa descriptione praeter tenne qnoddam vestiginm[5] eius rationem habet. praeterea nnum ab omni dubitatione remotum est: in tres provincias Hispaniam apud Agrippam divisam fuisse. nam quamquam Plinins Citerioris mensnras Agrippeas omittit, tamen diserte secundnm Agrippam seiungit Lusitaniam a Baetica, ternos nnmeros Dimensuratio quoque exhibet, in Divisione Baeticae mensnrae lacuna haustae snnt, sed fines indicantur idem qui in Dimensuratione. Orosins autem ut alibi[6] sic in Hispania bipartita ab Agrippa defecit. quodsi Schweder p. 49 hoc loco eum potissimum genuinam Agrippae doctrinam servasse contendit — qnae opinio pugnat cum eis qnae Plinius eidem diserte tribuit — quomodo Hispaniam tum in Dimensuratione, tum in Divisione trifariam dividi explicet, quaero.

iam de numeris agamus. ac Lusitaniae mensuras, cnm Plinins praeter Agrippeas non exhibeat, mittamus. sed summi momenti sunt mensurae Baeticae et Citerioris Hispaniae. Baetica longa est 474 (480)[7] m. p. lata 258 (283) m. p. contra Plin. 3, 17 ex alio auctore ut ipsa re apparet, longitudinem 250 m. p. latitudinem 234 m. p.

[1]) *noecantrum* Dic. *noecannrum* P.

[2]) an *Tagum* vel *Anam?* sed locus perturbatissimus et desperatus.

[3]) an ‹*et*›?

[4]) cf. Riesi nota.

[5]) cf. p. 14.

[6]) cf. supra p. 58 adn. 3.

[7]) numeri uncinis circumscripti ad Dimensurationem pertinent.

metitur[1]). de latitudine non ambigo. sed longitudinem velim notes apud Agrippam multo maiorem indicari quam apud Plin. 3, 17. quae res minime mira est. nam usque ad Carthaginem fines Baeticae Agrippa produxit. iam Citerioris mensurae eiusdem hae sunt: Divis. 500 (535) long. 200 (183) lat. cui longitudini opponitur Pliniana mensura 3, 29. quae cum usque ad finem Castulonis currat, longior est quam Agrippea, 607 m. p. id quod optime intellegitur: debuit Agrippa huius provinciae minorem computare longitudinem, cum eam aucta Baetica angustiorem constituisset. inde efficitur ut mensurae a Plinio 3, 29 prolatae ab Agrippa alienae sint.

atque hactenus de mensuris: fines examinemus. ac de diverso Baeticae termino iam monuimus, item de tripertita Hispania Agrippea. Plinius autem in descriptione Baeticam saltu Castulonensi terminavit. quae ratio nullo artificio ad Agrippeam accommodari potest. nam diserte Plinius 3, 17 Baeticae longitudinem quae est a Castulonis oppidi fine Gadis, Agrippeae mensurae 3, 16 opponit. nec minus termini 3, 6 prolati, imprimis mons Solorius, ab Agrippea divisione abhorrent. nec recte Schweder p. 50 Partschium secutus conclusit Plinium 3, 6 Lusitaniam Agrippeam intellegere. Baeticam certe eius non accipit. ac ne Asturum quidem iugis commemoratis id mihi videtur demonstrari quod illi effecerunt. nam vide mihi tabulam: Carpentana iuga non secundum terminos provinciarum extenduntur, sed ad perpendiculum ut ita dicam limitem pungunt. quae cum ita sint, non video cur secundum Asturum iuga terminos cucurrisse censeamus. mirum autem in modum a se ipse Plinius defecisset, si fines eiusdem provinciae partim secundum Agrippam, partim secundum alium quendam auctorem indicasset. quae vero apud eum exstant contaminationis exempla — de nonnullis supra iam egimus —, ea plane aliter comparata sunt.

trifariam igitur Agrippa Hispaniam dividit, at Plinius, id quod Schweder rectissime sensit, ab initio bipartitam Hispaniam agnoscit. nolo argumenta a Schwedero p. 49 prolata repetere: ex 3, 6 clare perspicitur in duas partes terram ab initio dividi, quamquam alter quoque Plini auctor (cf. 3, 17) Baeticam a Lusitania separasse videtur. sed comprehendit eas uno nomine ulterioris provinciae. sic iterum apud Plinium duorum doctrinam coniunctam invenimus.

denique si certum esset Agrippam mare quo Hispania a meridie alluitur, Celtibericum appellasse, quo nomine bis utitur Divisio, hoc

[1]) in priore numero consentit Martiani memoria (631), in altero fere consentit (224 m. p. ibid.).

quoque a Pliniana discriptione[1]) alienum esse afferrem. sed cum in Dimensuratione Ibericum idem dicatur, hoc non presserim.

restat ut Melam arcessamus. hic 2, 87 aperte Hispaniam in tres provincias dividit: *tribus est autem distincta nominibus, parsque eius Tarraconensis, pars Baetica, pars Lusitania vocatur.* utrum vero Lusitaniam Asturia et Gallaecia auxerit necne, non tanta confidentia ausim contendere, quanta Schweder p. 51. nam quamquam Mela 2, 87 diserte haec profert: *Lusitania oceano tantummodo obiecta est, sed latere ad septentriones, fronte ad occasum,* tamen non necessario inde concluditur Melam ampliorem Lusitaniam dixisse qualis per paucos annos fuit. alio enim modo eius verba possunt intellegi atque eo probabiliore si quid video. nam Plin. 4, 113 de Olisipponensi promunturio haec: *illo finitur Hispaniae latus et a circuitu eius incipit frons. septentrio hinc oceanusque Gallicus, occasus illinc, oceanus Atlanticus.* notionem autem illam frontis Hispaniae, quae est a Gadibus ad illud usque promunturium (cf. Plin. 4, 115) Varronianam esse Detlefsenus cognovit[2]). immo in universum frons, ubi partem orae mare apertum spectantem, non sinu curvatam significat, Varronis vestigia indicat, cf. 3, 95 quam rem postea aliis firmabimus exemplis. itaque apud Varronem latus Lusitaniae usque ad Durium contractae septentriones spectabat. quid qnod illo ipso loco vocibus lateris et frontis Mela utitur? sic idem de ora Baeticae frontis verba facit 3, 3. ex parte igitur Melae cum Varrone quaedam affinitas. at 3, 14 plane aliam Hispaniae imaginem pingit. ibi recte emendato vetere illo de Hispaniae ora septentrionali errore[3]) 3, 12 apud Celticum demnm promunturinm oram flecti legitur. huic rei 3, 19 quoque accommodata sententia est, qua a flumine Salia Hispania contrahi dicitur. duplicem igitur Mela quoque memoriam praebet. alteram ad Agrippam referre non dubitarem, si certnm esset Divis. 3 ab eo pendere. sed quamvis Divisio orbis praeter Agrippae fragmenta ceteroqui nihil continere videatur, tamen de hac potissimum paragrapho mihi dubitationes moventur. nam contra Agrippae morem generalem mensuram addit auctor sequentibns specialibus trinm provinciarum. praeterea Agrippa de saltu Pyrenaeo (vel de Pyrenaeo Div. 7 Plin. 4, 105) verba facit, cf. Dimens. 21. 22 Div. 6. 8, ibi bis *montes Pyrenaei* dicuntur. porro cur additur: *itaque proxima a Pyrenaeis montibus citerior,* cum Agrippa a Baetica et ab Herculis columnis initium ducat? deniqne

[1]) cf. 3, 74.

[2]) comment. Mommsen. 1877. errat in vocis interpretatione Schweder p. 48.

[3]) cf. Albinus Häbler, *die Nord- und Westküste Hispaniens* progr. Leipzig 1886 qui de Mela 2, 87 p. 30 egit.

in Dimensuratione nil est quod huic paragrapho respondeat. quod per se quidem non multum valet, sed suspicionem angere potest. itaque de Agrippea eius psragraphi origine dubitare licet. utcnmque autem hoc se habet, cur oppido Noega Agrippa provincias finiverit, Mela Salia fluvio, non apparet, si Agrippae doctrinam ad Melam pervenisse statuimus. adde apud hunc de provinciarum finibns non agi.

hoc igitur certo diiudicare non ausim, qnamquam de Agrippea origine nil probatum esse affirmaverim. sed qnantnm Melae descriptio a Pliniana differat, hac quoque in re cernitur.

iam reliqua Schwederi argnmenta examinemus. p. 53 sq. quattuor illos sinus quibus a Plinio Europae ora meridionalis dividitur, ad Agrippam referre conatur. utitur autem Plin. 6, 207 ubi haec: *Agrippa hoc idem intervallum a freto Gaditano ad sinum Issicum per longitudinem directam* |XXXIIII| XL *taxat . . universus autem circuitus per sinus dictos ab eodem exordio collegit ad Maeotim lacum* |CLV| VIIII. unum sinum ex eis praeterea diserte Agrippae vindicari sibi persuasit a Plinio 3, 150 *universum autem sinum Italiae et Illyrici ambitu* |XVII|. at hunc sinum non ad illos quattuor pertinere iam Detlefsenus cognovit[1]), qui hos a Varrone repetitos esse perspexit. cui nos in universnm adstipulamur. sed illum Italiae et Illyrici sinum neque exordio neque fine ad illos quadrare hic monuisse satis sit, infra probabitur. itaque Agrippae fragmentum Plin. 6, 207 longius iusto Schwederum protnlisse verbaque *universus autem circuitus per sinus dictos* etc. ad Varronem potius esse referenda apparet.

dein quod de Galliae Narbonensis apud Plin. 3, 32—36 et Mel. 2, 75 sq. descriptione Schweder p. 54 sq. exposuit, affinitatem inter utrumque extare certissime evicit. tamen eam ad Agrippam non esse referendam ex eis concluditnr quae supra de finibus eius provinciae disputavimus. unum hic moneo Melam 2, 75 oppidornm ordines minime respicere: Viennam si hoc statuitnr, falso loco commemorari Schweder ipse vidit p. 56. de Strabone autem p. 186 C et Plinio 3, 36 in excursn agemus.

tum de Asia verba fecit Schweder p. 59 sq. recte enim inter se comparavit Plin. 6, 33 sq. (cl. 4, 89 sq.) cum Mela 1, 9. 12. 13. 116. 117. 3, 36. 38. qui loci sane summam similitudinem ostendunt. sed non recte Orosio potissimum utitur ad Agrippeam originem demonstrandam[2]). immo notio ipsa qua consensus potissimnm efficitur, Varro-

[1]) Hermes 21 (1886) p. 240—265.

[2]) cf. quae supra monuimus p. 58 adn. 3.

niana est: Mela 1, 9 *fronte versa ad orientem*: Plin. 6, 53 *ad orientem conversa litorum fronte*: Oros. 1, 2, 13 (5) *Asia ad mediam frontem orientis habet in oceano Eoo*[1]) *ostia fluminis Gangis.* Agrippae igitur haec temere tribuere non licet. quod deinde Schweder p. 65 confert Plin. 6, 39 *oram omnem a Caso praealtis rupibus accessu carere per* $\overline{CCCCXXV}$ *p. auctor est Agrippa* cum Mela 3, 38 *omne* (sc. mare Caspinm) *atrox saevum sine portibus, procellis undique expositum*, ipse parnm huic similitudini auctoritatis dedit. atque id rectissime. nam Mela de toto mari Caspio agit, Agrippa de parte. nec multum refert similia atque apnd Melam apud Orosium quoque 1, 2, 48 (19) legi. de Agrippea vero origine descriptionis Asiae sane quam maxime licet dubitare neque probatur quod Schweder volnit conlatis Mela 3, 59sq. et Plinio 6, 53 sq. simillimis quidem locis, sed ex Agrippa non haustis.

iam ut comprehendamus quae huc nsqne Schwederi sententia examinata enucleavimus: nnllo loco chorographiam illam communem Melae Plinique fontem esse, immo non nbique eundem auctorem Melam sequi et Plinium. sed optimo inre apnd Strabonem vestigia chorographiae qnaerimus, quippe qui septies *τὸν χωρογράφον* vel *τὴν χωρογραφίαν* laudet. totam antem de Strabone quaestionem ne quae coniungi commodum visnm est disiungantur, in appendice tractavimus.

non ubiqne eadem Melam et Plinium praestare, immo haud raro eos nullo modo ab eodem pendere posse auctore hic illic nobis notatum est. itaque ut supra spopondimns, iam de discriminibus accuratius agere e re fuerit. sed concedendum est Schwedero[2]), multa quibus Mela Pliniusque discrepare videantur, ita comparata esse, nt minime inde de diverso fonte quicquam concludere liceat. quam rem Schweder bono exemplo illustravit conlatis Mela 2, 27 et Plinio 4, 49, qno insignis Melae neglegentia et socordia in exscribendo anctore cognoscitur. quaedam ex magno nnmero pono exempla: 2, 35 *inter utrumque Cassandrea* legitur: pronomen *uterque* ut nunc Melae verba snnt, ad fluvios Axium et Peneum refertur, id quod plane sensu caret. apparet autem in Melae fonte sinns dictos fuisse Thermaicnm et Megybernaeum, inter quos Cassandria. qui apud Melam paulo ante inveniuntur.

en alind hand minoris indiligentiae exemplum. Mela enim 1, 37 Lotophagorum sedes usque ad promunturium Cyrenaicae Phycunta extendit, Plin. 5, 28 usque ad Philaenorum aras. idem in Melae fonte scriptum fnisse eo probatur quod pergitnr: 1, 38 *arae ipsae nomen ex*

---

[1]) haec quoque significatio Varroniana, non Agrippea.

[2]) *Beitr.* III 1883 p. 32.

Philaenis fratribus traxere. accedit quod litus non usque ad Phycunta inportuosum est, sicut apud Melam scriptum est.

Qua ratione cum non id demonstretur quod volumus, talia hic non longius persequenda esse statui, quamquam nonnihil inde lucri capitur ad Melae nequitiam[1]), hic illic etiam ad Plini neglegentiam cognoscendam. sed ad eas diversitates properat animus, quas alterius aut socordia aut stultitia explicare non licet.

ac Melam nomina propria insigni quadam incuria tractasse supra exemplo egregio illustravimus. itaque diversas nominum formas, ubi altera sola Melae auctoritate, siquidem fas est de eo hac voce uti, nititur, nolim afferre. ubi vero utraque forma iusta est, aliter res se habet. tunc enim de Melae lapsu non licet cogitare. nam permirum esset, si ille caecutiens in verum incidisset. quamobrem haec inter differentias enumerare iure possumus:

Mela 1, 51 *Elephantine*: Plin. 5, 59 *Elephantis.*

Mela 1, 85 *Leuca*[2]): Plin. 5, 107 *Leucopolis.*

Mela 1, 100 *sinus Olbianos* idem dicitur, qui apud Plinium 5, 148 *Ascanius* sive *Astacenus.*

Mela 1, 116 Maeotidae dicuntur Gynaecocratumenoe, Plin. 6, 19 Sauromatae.

Mela 2, 17 et 30 *Nestus*: Plin. 4, 40 et 42 *Mestus* (hodie *Mesta*).

Mela 2, 35 *Aloros*: Plin. 4, 34 *Oloros*[3]).

Mela 2, 45 *Opoes* (*Ὀπόεις*): Plin. 4, 27 *Opus.*

Mela 2, 45 *Scarphia*: Plin. 4, 27 *Scarphe.*

Mela 2, 46 *Cnemides*: Plin. 4, 27 *Cnemis.*

Mela 2, 46 *Brauronia*: Plin. 4, 24 *Brauron.*

Mela 2, 50 *Troezene*: Plin. 4, 18 *Troezen.*

Mela 2, 52 *Ceraunii montes*: *Acrocer-* Plin. praeter 4, 2, de quo loco separatim agendum est.

Mela 2, 53 *Oeanthia*: Plin. 4, 7 *Oeanthe.*

Mela 2, 54 *Argi Amphilochii*: Plin. 4, 5 *Argos Amphilochicum.*

Mela 2, 64 *colonia Fanestris*: Plin. 3, 113 *colonia Fanum Fortunae.*

Mela 2, 65 *castellum Truentinum*: Plin. 3, 110 *Truentum.*

---

[1]) non soli neglegentiae debetur diversitas Melae 2, 30 *Strymon . . lacum facit* et Plini 2, 38 *in septem lacus eum fundi.* quamquam haud improbabilis coniectura Droysenі est, qui apud Plinium *in saeptum lacum* scribendum iudicat (*kleine Schriften* I p. 52).

[2]) quod oppidum falso loco commemoratur.

[3]) de quo loco Plini cf. infra p. 95. unde apparebit Plinium in fonte suo non *Aloros* invenisse.

Mela 2, 66 *Gnatia*: Plin. 3, 102 *Egnatia.*
Mela 2, 66 *Valetium*: Plin. 3, 101 *Valesium.*
Mela 2, 66 *Lupae*[1]): Plin. 3, 101 *Lupia.*
Mela 2, 68 *Caulonia*: Plin. 3, 95 *Caulon.*
Mela 2, 68 *Tauricaenum*: Plin. 3, 73 *Tauroentum.*
Mela 2, 69 *Hipponium*: Plin. 3, 73 *Hippo.*
Mela 2, 72 *Sabatia*: Plin, 3, 48 *portus Vadorum Sabatium.*
Mela 2, 72 *Albingaunum*: Plin. 3, 48 *Album Ingaunum.*
Mela 2, 92 *Turia*: Plin. 3, 20 *flumen Turium.*
Mela 2, 93 *Lucentia*: Plin. 3, 20 *Lucentum*[2]).
Mela 2, 94 *Abdera*: Plin. 3, 8 *Abdara.*
Mela 2, 98 *Achillea*, item Plin. 4, 93 in additamentis[3]), in periegesi autem 4, 83 *insula Achillis.*
Mela 2, 110 *Asteria*: Plin. 4, 55 *Asteris.*
Mela 2, 111 *Rhenea*: Plin. 4, 67 *Rhene.*
Mela 2, 111 *Icaria*: Plin. 4, 68. 5, 135 *Icaros.*
Mela 3, 59 *Androphagoe* Plinio sunt 6, 53 *Anthropophagoe.*

quas diversitates singulas per se parum valere dixeris: turba sane valent, praesertim cum in Italicis Mela formas cotidiani sermonis videatur praeferre, Plinius eas quae usu publico sanctae erant.

unum denique nolim omittere. Mela enim 3, 33 ubi Europae eas partes describit quae trans Vistulam sitae sunt, eis Sarmatiae nomen indidit. ac primum quidem Vistula a periplo Pliniano aliena est nec apparet nisi in Agrippeis et recentioris originis de Germania additamentis[4]): 4, 100. 97. 81. deinde ut Sarmatiae nomen in his potissimum partibus observetur, inde efficitur quod Plinius 4, 81, qui locus extra periplum positus est et ex alio fonte additus, dicit: *Scytharum nomen usquequaque transit in Sarmatas atque Germanos. nec aliis prisca duravit appellatio, quam qui extremi gentium harum ignoti prope ceteris mortalibus degunt.* at in periplo huius doctrinae ratio non habetur: 4, 83. 84. 85 (cf. 8, 38).

sed ad graviora tendimus. terras si ex eodem uterque auctore hausisset, eisdem finibus circumscriberent. at differunt compluribus locis, velut apud Plinium 5, 93 Melas amnis antiquus Ciliciae finis nuncupatur, Anemurio promunturio Ciliciam a Pamphylia Mela disterminat,

[1]) cf. Nicol. Damasc. vit. Caes. 17 *Λύππας* sicut adnotavit Nissenus *Ital. Landesk.* II 881. nam Dindorfius *Λουπίας* edidit.
[2]) statui potest hic Plinium formam ab Augusto recepisse.
[3]) qua de re v. p. 78.
[4]) de quibus infra agemus.

1, 77. item Cariae et Ioniae terminos alius aliter constitnit: Plin. 5, 112 sinus Basilici oram Ioniae addixit, Mela eandem terram post Basilicum incipere contendit. plus etiam tribuerim errori Melae quo Mariandyni iuxta Bosporum percensentur, cf. 1, 97. 103. id quod eo nimirum explicatur, quod is quem Mela exscripsit, Bithyniae incolas universos descriptioni praemiserat: diligenter eorum situs rettnlit Plinins 6, 4. tum apud Melam 1, 104 perperam fines inter Bithyniam et Paphlagoniam constituti sunt: Tios enim huic terrae adscribitur, quem errorem Plinius evitavit.

porro Dioscurias secundum Plinium 6, 15 in Colchorum finibus situm est, secundum Melam 1, 111 ad Heniochos pertinet. ibidem qnod Dioscuriadem a Castore et Pollnce conditam esse narratur, non ab eornm aurigis (Plin. 6, 16), haud scio an non soli neglegentiae tribuendum sit.

iam Galliam usque ad Rhennm extendit Mela 3, 20. cuius sententiae apud Plinium quoqne 4, 105 supersunt vestigia, sed in ipsa descriptione Scaldis fluvius Germaniam a Gallia discriminat. at haec et Germaniae et Galliae descriptio Pliniana aliam prae se fert originem qnam Europae orae meridionalis, id quod infra accuratius demonstrare conabimur.

dein Chalybes alio loco collocantur a Plinio 6, 11, alio a Mela 1, 105. item de Tritonide palude valet, quamquam hic Plinius 5, 28 aliorum quorundam sententiam adfert, quam Mela secutus est 1, 36. ac ne de aris Sestianis quidem plane consentiunt, quamvis verbis similibus utantur. nam Plinius 4, 113 in Tamarcorum paeninsula eas esse dixit, qui a promnnturio Celtico post Celticos ipsos ad meridiem versus sedes habent, Mela vero 3, 13 apud Astyras.

iam quod Nicaea a Mela 2, 76 ad Galliam refertur, rectius a Plinio 3, 47 ad Italiam, non presserim. nec maioris per se momenti est quod ille Tergeste oppidum extra Venetiam collocat Illyriaeque adscripsit 2, 57. quamqnam inde colligitur in eius fonte Formionem non commemoratum fuisse.

denique Rhodae situs recte apud Melam 2, 84 indicatur, falso apud Plinium 3, 33 propter Rhodani originationen. quam non a Plinio cum illo oppido coniunctam esse evincitur loco quodam Hieronymi: in Gal. 2 pr. qui ex Varrone haec refert: *oppidum Rhoda coloni Rhodiorum locaverunt*; *unde amnis Rhodanus nomen accepit.*

similiter Iolcum Magnesiae adscripsit Plinius 4, 32, Thessaliae Mela 2, 40.

Libya Mareotis apud Melam 1, 40 silentio praeteritur: *Catabathmos vallis devexa* (cf. Plin. 5, 38) *in Aegyptum finit Africam.* hoc non Melae neglegentiae imponendum esse cl. Mela 1, 22 perspicitur: *in ea parte* (Africae) *quae Libyco* (mari) *adiacet, proxima Nilo provincia quam Cyrenas vocant.* ex Plinio autem 5, 49 cognoscimus fuisse qui Libyam Mareotidem in Aegyptum comprehenderent. quam sententiam a Melae auctore probatam Plinius in periplo 5, 39 reiecit. ab initio autem Melae quoque recensio Libyam Mareotidem ab Aegypto separavit. nam cur Libyes Aegyptii 1, 23 distinguerentur, nisi alii quoque exstarent, non intellegeretur.

quid quod ne in Italia quidem termini conveniunt? nam Lucaniam Silero amne Plinius circumscribit 3, 71, usque ad Minervae promunturium protulit Mela 2, 69. itaque agrum Picentinum non Campaniae, sed Lucaniae adnexuit. sed hanc diversitatem non adeo magni aestimaverim, propterea quod Plinium hic Augusto obsecutum esse quis dixerit[1]).

sed maxime discedunt in Italiae fronte constituenda et in sinu altero Europae. nam quamquam Mela non tam anxie Varronianam illam orae Europae divisionem secutus est, tamen eam subesse eius descriptioni quamvis obscuratam Detlefsenus nobis plane persuasit[2]). quid quod semel unus Mela 1, 17 genuina servavit, cum alterum sinum Malea promunturio inclusit? Varronianam autem frontis notionem aperte testatur Plin. 3, 95. pertinet enim a Locris usque ad Lacinium promunturium. hinc vero alterum Europae sinum incipere secundum Varronem constat ex Plinio 3, 97. quae opinio quantum a veritate ipsa absit non curamus. at Mela alterum sinum a Sallentino promunturio incohavit cf. 2, 67 *hucusque* (i. usque ad Callipolim) *Hadria, hucusque Italiae latus alterum pertinet. frons eius in duo quidem se cornua . . scindit.* quo vero auctore Melae fons a Varrone discesserit, si quaerimus, haud scio an Sallustium eum fuisse cum aliqua probabilitate coniciam, cuius apud Melam vestigia sane exstant. nam Mela 2, 68 promuntnrium Leucopetram Brutti nomine appellat, quo nomine qui praeter Agrippam[3]) et Sallustium usus sit, novi neminem. hunc autem potius quam illum mutationis ansam dedisse propterea verisimile est, quod in ipsis Melae verbis quaedam cum Sallustio similitudo est, cf. hist. frg. 4, 23 M. *omnis Italia coacta in angustias finditur in duo promunturia, Bruttium et*

[1]) tamen mensuras ab Augusto certe alienas Sileri ostio insisti non neglegendum est: 3, 70. 74.

[2]) Hermes 21 (1886) p. 240—265.

[3]) de quo cf. quae infra exponemus.

Sallentinum. utitnr autem Mela 2, 68 etiam huius promunturi eodem nomine quo Sallustius, non Iapygi.

alia quoque re in illius regionis descriptione Mela differt a Plinio, quae cum ea de qna modo disputavimus, quodammodo cohaeret. Plinius enim 3, 100 et 3, 150 oppido Hydrunte Ioninm mare ab Hadriatico seiunxit, ille vero 2, 67 usque ad Sallentinum vel si verba eius premimus, nsque ad Callipolim oppidum Hadriaticum pertinere contendit. quae differentia eo maioris momenti est, quod haec marium discriptio artissime cum illa orae divisione Varroniana coniuncta est, de qna Detlefsenus l. l. egit.

dein Padus secundum Plininm 3, 117 visendo fonte profluit: Mela eundem parvis ex fontibus colligi tradidit 2, 62; tum Calypsus insulam in freto Siculo collocat Mela 2, 120, plane alio loco Plin. 3, 96; Mela 1, 61 de Arabico monte Casio eadem refert qnae rectius Plinins 5, 80 de Syriaco[1]). porro Tripolis urbis nomen alius aliter explicat: Mela 1, 67 Plin. 5, 78. Mela autem 3, 80 fossam a Nilo ad Rubrum mare perdnctam esse tradit: apnd Plinium 6, 166 de causis ambigitur, sed interceptum esse opus neque ad finem pervenisse constat (cf. Strab. 804).

ac ne hoc quidem casui tribuendum est qnod Mela Bospori latitudinem quinqne stadiorum dicit 1, 100, Plin. 4, 76. 5, 150 qnattnor, utrumque enim suos anctores habet. quattuor stadia computant Hdt. 4, 85 Strab. 125 (ex Eratosthene?), quinque Polyb. 4, 43, 2 Strab. 319. qui vero factum esse putas, si eundem auctorem uterqne exscripit, ut Mela 2, 101 quinque Lesbi oppida notaret, Plin. 5, 139 novem? sed qnod Mela 3, 86 sexaginta dierum cursn Indiae longitudinem mensus est, quadraginta Plinius 6, 54, hanc librariis differentiam quis imputaverit (XL∼LX). etiam 5, 65[2]) Plinius a Mela in re quadam memorabili recessit. nam Mela 1, 64 Iopae cetus ossa ostendi tradit, quae secundum Plinium 9, 11 Romam adportata sunt anno 58 a. Chr., ut M. Scauri ludis proponerentur: haec apnd Plininm 5, 65 desiderantur. Melae igitur anctor neglegentius rem tractavit. tum quantopere a Plinio in Hispaniae septentrionalis descriptione Mela recesserit, snpra notavimus.

denique Mela Histrum prope Histriam in Hadriaticum mare effundi temere credidit: 2, 57, 63. quam opinionem a multis geographis et ab ipso Eratosthene prolatam Nepos probaverat. quem Plinius merito carpit 3, 127, ipse diligentiores anctores secutus, qui illam de Argo nave fabulam non quidem abiecerunt, sed in fidem rerum immutaverunt.

[1]) hoc notavit Schweder *Beitr.* II 1878 p. 21.

[2]) locos composuit Münzer l. l. p. 122.

atque haec quidem ad singulas res pertinent. generalis vero quaedam diversitas cernitur in descriptione insularum, de qua accnratius est inquirendum.

Varronianam Europae in qnattuor sinus divisionem fundamentum esse periegeseos Plinianae certum est[1]). ad eandem insulas accommodavit auctor ita ut sinu aliquo peracto gregatim quae in eo invenirentur insulae, exponeret easque describeret. ntrum vero hoc institutum ad fontem referendum sit an in eo insulae una cum periegesi tractatae fuerint, quaeritur.

itaque ubi ad Locros, quo oppido primus Europae sinus includitur, perventum est, inde a 3, 76 de eius insulis agitnr, dein fronte Italiae tractata 3, 95. 96 insulae ante eam collocatae, 3, 151 sq. insulae alterins sinns absolvuntur, tum inde a 4, 52 tertii sinus, denique 4, 92. 93 qnarti. quaestio igitur existit, num hunc ordinem e fonte sumpserit. id quod mihi minime verisimile est. exstant enim mnlta indicia, qnibns apnd auctorem Plini insulas una cum ora descriptas fuisse comprobatur. huc pertinent loci quales: 3, 7 *litus Curense inflexo sinu, cuius ex adverso Gadis inter insulas dicenda*[2]) vel 3, 18 *accedunt insulae quarum mentione seposita* eqs. deinde 3, 57 *Antium colonia Astura flumen et insula* in periegesi legitur: repetitur idem fere, ubi de insulis agitur 3, 81 *in Antiano* (i. agro) *Astura.*

qnid quod 3, 76 adhaeret aliqnid insularum descriptioni quod ab initio ad periegesin pertinet: *absunt* (Pityusae) *ab Dianio DCC stadia, totidem Dianium per continentem a Carthagine nova.* a Dianio igitur ora relicta auctor Plini ad insulas tractandas digressus est, ut uno deverticulo eas absolveret. hinc apparet cur Balearum a Pityusis, non ab ora intervallum computatum sit. adnectitur etiam Colubraria cuius situm — Sucronem versus — cur a Pityusis, quam ab ora circumscribere Plinius maluerit, non intellegitur, intellegitur auctorem eius ne orae descriptio saepius interrumperetur, universas eius orae insulas simul tractavisse.

etiam in Italiae insnlis describendis haud raro ora respicitur atqne ita ut complures una digressione absolvi appareat, sicnt 3, 80 a Vadis Volaterranis ad Corsicam evagatur Plinius; deinde adiunguntur aliae insulae: *citra est Oglasa, intra vero et* $\overline{LX}$ *p. a Corsica Planasia.*

iam Pontias adversum Formias sitas esse per se parum apte dicitur. Pontiarum autem nomine tres insulae comprehenduntur: Pontia

[1]) cf. p. 73.

[2]) sic, non *dicendae* ut vulgo edunt, cum A scribendum esse apparet cl. 4, 119 *Gadis longa* eqs.

Palmaria Sinonia, id quod ex Plinio non perspicitur. sed si ab eo ordinem inversum esse descriptionis tenemus [1]), statim elucet quid erroris ansam dederit. tum 3, 82 *in Puteolano . . . sinu Pandateria* sita non est. intellegimus errorem, si auctorem Plini, ne iterum sibi digrediendum esset, Pandateriam una cum Aenaria et Prochyta coniunxisse statuimus.

3, 83 Sardiniam quoque cum orae descriptione quondam cohaesisse haud scio an recte concludam ex verbis: *extraque conspectum* eqs. tenendum est autem auctorem litus Italiae occidentale ita legisse, ut a meridie septentriones versus progrederetur. nam si contrarium cursum egisset, Sardiniam a Corsica divelli mirum esset. sed de hac re infra disputabimus.

3, 86 sq. a Plinio Aeolias insulas a Siciliae descriptione segregatas esse cur arbitrer, infra elucebit [2]).

tum 3, 96 vehementer offendit Oehmichenum [3]) enuntiatum illud relativum quo insulae quaedam ante frontem Italiae sitae commemorantur. atque id libenter ei concedo claudicare illud enuntiatum. tamen hinc non sequitur, ut ex alio scriptore additum sit. alia enim ratione nobis incommoditas solvenda videtur. nam si insulas unaquaque parte descriptionis peracta tractatas esse respicimus, post frontem Italiae descriptum Plinio sistendus fuit gradus, ut insulae enumerarentur. *μετονομασίαι* autem insularum non referuntur. unde optimo iure Kentenichius haec inter fragmenta illius *περὶ νήσων* libelli non recepit. quamobrem insularum in periegesi mentionem esse factam mihi pro explorato est. fragmentum autem Agrippae quod ante insulas additum esse Oehmichenus sibi persuasit, valde mihi videtur errare. atque ipsius eum licet armis convincere. nam si Agrippae locus ante insularum descriptionem scriptus fuisset, cur pronomine *ipse* Plinius uteretur, non appareret, quem usum ipse Oehmichenus optime exposuit l. l. p. 11 cf. 3, 85. 4, 60. 65 al. ergo fragmentum Agrippae post illas insulas insertum est. hinc efficitur ut insulae eidem auctori debeantur, cui periegesis. quod vero molestum genus dicendi evadit, Plinio tribuendum. quam plurimas una ab ora digressione insulas tractari supra observavimus.

similiter 4, 52 a Corcyrae descriptione proficiscitur Plinius ad vicinas, et eas quae septentriones favoniumque versus sitae sunt et eas quae meridiem spectant. item ab Echinadibus 4, 54 excurrit Plinius, ut Ionias quas nos nuncupare consuevimus, insulas enumeret. Creta autem 4, 58 ita describitur, ut oram apud Maleam relinquat auctor et

[1]) id quod infra probabimus.

[2]) cf. p. 96.

[3]) *Plin. Stud.* 1880 p. 9.

ad Cytheram transeat, deinde Aegilam tangat, unde Cretam petit. adnectuntur insnlae Cretae adhaerentes[1]). dein reditur ad oram ac primum eae referuntnr insulae quae inter Euboeam et Locrida sitae snnt: Licbades, sequuntur insulae ante oram Atticae collocatae. conversi igitur ordinis tenemus vestigia. id quod fieri non potuit, nisi cum ora in fonte coninnctae fuissent insulae.

ab Enboea 4, 63 rursus egreditur Plinius ad insulas maris Aegaei tractandas. unde respicitur ea insula saepius, ubi mensuris sitns definitur. cf. etiam 4, 65 *extra eam* (Euboeam) *in Myrtoo multae.*

dein repetitiones certissimo testimonio esse debent Plininm ab auctoris eius qnem sequebatur primarium, ordine recessisse aut alinm fontem adiisse. 4, 65 *Andrus cum oppido abest a Geraesto* X: 4, 68 eadem repetuntur sed sine sensu: *inter Euboeam et Andrum* X *passuum freto.*

bis commemoratur Helene quoque: 4, 62 ubi insulae Atticae praeiacentes tractantur — bic situs accuratius indicatur —, 4, 68 ubi nudnm nomen exstat; deinde Ios 4, 69. 71. ac descriptio ipsa 4, 69 absolvitur, 4, 71 additur post Therae insnlarumqne circumiacentinm enarrationem: *distat Ios a Thera XXV p.* quo loco non offenderem, si versa vice spatium indicaretur. tum Cason et 4, 69 et 5, 133 referri supra monni[2]). item duobns locis de Scyro agitur 4, 69. 72, de Icaro 4, 68. 5, 135, quae iterationes ne Plinium qnidem fugerunt.

oram fere ubiqne respici in sitn insularum definiendo non premo; sed quod legitur 4, 73 summi momenti est: *ab ea Thasos libera* VI ... *inde Abdera continentis* XXII, *Athos* LXII *D.* quibus in verbis pronomen *ea*, si grammaticam rationem tenemns, respicit ad Lemnon, sed tunc plane sensn cassa mensura est. tamen numerum non corrigendum arbitror, sed mensuram referendam ad Thraciae oram, ad quam spatium bene quadrat. itaque in fonte Plini Thasos una cum Thraciae ora descripta erat, ad quam reditur proximis verbis: *inde Abdera continentis* XXII eqs. ubi nominativum velim animadvertas (*Athos*).

ante Athon IIII insulae esse dicuntur 4, 72. quaenam antem illae sint, ex Plinio quidem non apparet. sequuntur enim tria nomina Peparetbi Sciathi Imbri additis mensuris quae nullo modo ad Atbon referri possunt. Peparethon enim ab eo IX, Sciathon ab eodem XV abesse non recte dicitur. qni nnmeri qnin sani sint non dubito, alio tamen spectant. quadrant enim egregie ad intervallum qnod intercedit

[1]) in Cretae descriptione Rhamnus oppidum in mediterraneo sitnm commemoratur 4, 59; postea 4, 61 insula Ramnus vix diversa, sed a Plinio male segregata.

[2]) cf. p. 29.

inter Magnesiam et illas insulas, ita nimirum ut prior ad Sciathon, ad Peparethon posterior pertineat.

similis error invenitur 4, 54. nam quod *a Paxo Cephallania . . X* (vel *XI*) *p.* abesse traditur, manifesto falsum est. nec minus in sequentibus peccatum est 4, 55 *ab ea* (Zacyntho) *Ithaca XV distat.* utramque autem mensuram falso relatam esse concesseris atque haud scio an prior ad Leucaten spectet, posterior aut ad oram Acarnaniae aut ad ipsam Leucada. confusa sunt etiam sequentia: *ab ea* (Ithaca) *Araxum Peloponnesi promunturium XV.*

porro in descriptione Bospori Cimmerii insulam quandam eximere oblitus est Plinius. legimus enim 4, 87 *Bospori Cimmerii longitudo XII D passuum*[1]*). oppida habet Hermisium Myrmecium et intus insulam Alopecen.* similiter insulae in Histri ostio sitae ut par fuit in periegesi absolvuntur, a qua divelli non poterant 4, 79, tamen in insularum quoque descriptione perstringuntur: 4, 93 *inter ostia Histri quae essent diximus.*

dein 4, 83 insula Achillis tractatur. repetitur eadem 4, 93 ubi iterationem Plinius indicavit. notandum est autem quid novi hic addat. primum alio nomine appellatur Achillea, id quod alius fontis indicium est. quem proximis verbis tenemus: *μετονομασίαι* enim sequuntur, quas supra p. 28. ad libellum *περὶ νήσων* rettulimus. eae igitur postmodo additae sunt. tum ex temporum suorum demonstratione accuratas mensuras Plinius profert. quas alienas esse a fonte primario ipse indicat. itaque hanc quoque insulam apud Plini auctorem inter periplum pertractatam fuisse cognoscitur.

porro insularum ante septentrionalem Africae oram sitarum descriptio 5, 41. 42 contrariam atque illa sequitur viam. conversi autem ordinis cum ne in Africae quidem descriptione desint vestigia, ex insulis quoque eundem licet confirmare. idem vero observamus, quod hic illic in Europae insulis. una enim ab ora digressione complures insulae absolvuntur: Meninx, Cercina, Cercinitis, Lopadusa. e quibus Cercinae certe situs commodius a Thaenis indicatus esset. quod vero de Gaulo Galata Cossyra Lopadusa praeter hunc locum iam 3, 92 actum est, infra tractabimus, ubi de periegesi Africae verba faciemus.

earum quoque quae Asiaticae orae praeiacent insularum descriptionem a Plinio a periegesi avulsam esse perspicuum est. nam Aradus insula bis commemoratur: primum in periegesi 5, 78 *Marathos contraque Arados septem stadiorum oppidum et insula ducentis passibus a continente distans,*

[1]) i. 100 stad.

5, 128 vero prior locus respicitur nec tamen quicquam accedit novi nisi ex Muciano additamentum, quod postea insertum esse certum est [1]). in fonte igitur Plini insula Arados una cum ora pertractata erat. nec minus idem probabile est de insula Paria 5, 128, quae est ante Iopen, ubi praeter nomen ipsum nil fere additur eis quae 5, 69 leguntur. accedit quod reliquae duae insulae illo loco tractatae revera insulae non sunt. Canobus enim et Pharus illis temporibus cum continenti coniunctae erant.

nec praetereundum est quod Leucolla promunturium 5, 96 in orae descriptione locum habet, repetitur 5, 131 idem nomen: *ab his* (sc. Chelidoniis) *cum oppido Leucolla Pactyae.*

insulas maris Aegaei plurimam partem in Europae descriptione Plinius absolvit. Asiae autem reservatae sunt eae, quae eius litori vicinae sunt. ex eis Caryanda tum in ora 5, 107 tum inter insulas 5, 134 recensetur. in Asiae quoque ora cernuntur loci unde ad insulas describendas auctor erat digressus: cf. 5, 104 *portus Cressa a quo Rhodus insula passuum* $\overline{XX}$. postea Cnido Halicarnasso Erythris ad insulas tractandas evagatus esse videtur: 5, 133. 134. 136 [2]).

unum addo argumentum quo insularum descriptiones in Plini fonte cum periegesi artissime coniunctas fuisse appareat. Plinius enim 4, 52 sq. in describendis insulis non eum terminum tertii secundique sinus Europae respicit, quem Varronis fuisse recte Detlefsenus statuit: insulae ab Acroceraunis incipiuntur, non a Malea. cum vero Plinius propter Agrippam [3]) a Varroniana divisione defecerit, certo evincitur id quod iam aliis de causis probabile visum est, ab ipso insulas a periegesi esse avulsas.

iam si quaerimus, utrum idem valeat ad Melam quoque an in eius exemplari iam insulae separatim perlustratae fuerint, summi videtur esse momenti, quod 2, 103 legitur. ibi enim post Cyprum agitur de insula quadam cui Parabos nomen est, alioquin plane ignota. res vero perspicietur ubi Plin. 5, 128 comparaverimus, quo loco tractantur insulae Paria et Arados. accedit quod in ipsis verbis summa cernitur affinitas: *Parabos in Phoenice est parva et quantum patet tota oppidum*, cf.

---

[1]) non merito Leopoldus Brunn l. l. p. 30 Plinio opprobrio dat, quod insulam Aradon ante Iopen sitam esse tradiderit. at luce clarius est verba *ante Iopen* ad solam Pariam pertinere, communia ad utramque insulam *in Phoenicio . . mari*. idem Muciani fragmentum iusto latius produxit.

[2]) cf. etiam 5, 92 *oppidum Veneris a quo proxime Cyprus insula. sed in continente* eqs. haec praedicanda non fuere, ubi continuo tractu ora legebatur.

[3]) hoc paulo post probabitur.

Plin. l. l. *in Phoenicio deinde mari est ante Iopen Paria tota oppidum. Parabos* ex *Paria* corruptum esse ab omni specie veritatis abhorret. videntur igitur duo nomina *Paria* et *Arados* in unum coalnisse. hinc concludendum est in Melae fonte ea iuxta posita fuisse. itaque insulas ab orae descriptione seiunctas et coacervatim tractatas fuisse concesseris.

post gravissimum argumentum vix est quod leviora proferam, velut quae 2, 110 *in Epiro Echinades et olim Plotae, nunc Strophades* leguntur, certe idem suadent. nec minus hinc intellegitur quomodo 2, 111 Cycladum Sporadumque confnsio oriri potuerit[1]).

itaque hac quoqne re eo ducimur, ut a Mela non Plini fontem primarium exscriptum esse statuamns.

tum Plinium in Europa certe describenda non eodem ordine progressum esse, quem eius auctor tenuit, infra diligenter demonstrare conabimnr. Mela igitur si eodem fonte nsus esset quo Plinius, cum contrario ordine atque hic procederet, cum suo auctore consentiret. at enim etiam apnd Melam errores inveniuntur qui mutato tantnm fontis ordine intellegi possunt. nolo autem omnes commemorare locos quibus oppidorum series immutatae sunt, velut 1, 33 *Hippo Regius et Rusicadde et Thabraca*; 1, 40 *Hesperia Apollonia Ptolemais Arsinoe . . Cyrene;* 1, 105 *Amison et Sinopen* al. nam hic illic propter genus dicendi transpositiones factas esse conicias, e. g. ad clausulas efficiendas commodiores. sed haec non iam cadnnt in talia exempla quale est, 2, 22 ubi diserte de ordine oppidorum exponitur: *in litoribus Histro est proxima Histropolis, deinde Milesiis deducta Callatis, tum Tomoe* ubi Tomoe oppidum ante Callatim enumerandum fuit. deinde 2, 28 Serrhion promunturium ante Zonen oppidum diserte commemoratur. etiam 2, 57 Apollonia ultra Epidamnum sita esse traditur falso. quid quod 2, 70 plane turbatus est ordo: *Syrrentum Herculaneum Vesuvii montis adspectus Pompei Neapolis,* ubi media iuverti necesse est. luculentissime vero Melam non eundem cursnm tennisse quem anctor eius secutus est, ostenditur 2, 120 *illae septem quas Aeoli adpellant Osteodes Lipara Heraclea*[2]) *Didyma Phoenicusa ac . . Hiera et Strongyle.* hic Osteoden falso ad Aeoli insulas referri Schweder iam monuit[3]). tamen quod librariis errorem imputat, parum placet. quid si in Melae fonte post Liparaeas Osteodes commemorata erat, nonne eis ab homine admodum indiligenti adnecti

[1]) de quibus aliter sentit Oehmichenus 1873 p. 414.

[2]) debuit scribere *Therasia* nnde apparet in fonte similiter atque apud Plinium hanc insulam duobus nominibus nuncupatam, ut vero septem insulae existerent, Mela Eriphusam et Euonymon omisit.

[3]) *Beitr.* II 1878 p. 90.

potuit? atque equidem non video qna ratione probabili aliter error explicetur. igitnr hac quoque re diversitas auctorum cernitur.

per totum autem opus cum discrepantiae dissipatae sint, diversitas non ita explicari potest, nt ex parte Plinius eundem auctorem primarium sequatur, qui Melae doctrinam suppeditavit. neque igitur eundem auctorem hic exscripsit, quo Plinius praecipuo fonte latino usus est. ac nobis quidem opus erat ostentare diversitates, ut inveteratus error tolleretnr. postquam vero a Mela non Plini auctorem primarium expilatum esse cognitum est, sane operae pretium est praedicare, ad quam parvas res, si nniversa spectamus, differentiae pertineant. quid quod ad communem originem latinam ntrumque respicere, communibus quibusdam erroribus comprobatur: Buca et Histonium falso ordine apnd utrumque percensentur: Mela 2, 65 Plin. 3, 106. quem errorem Nissenus[1]) Melae anctoritate apud Plinium effectum esse coniecit. tamen eum Melae tantum tribuisse, ut quod apnd alios invenerat, secundum istnm emendaret, aegre mihi persuadeo. accedit quod Melam opere iam fere peracto consultum esse cognovimus.

similiter a Plinio 3, 96 et Mela 2, 68 eo peccatnm est, quod Peteliae situs falso a Lacinio meridiem versus indicatur. deinde haud recte apud utrumque Rudiae Apuliae adscribuntur: Plin. 3, 102 Mela 2, 66.

saepins autem contra reliqnorum usum in nominum formis consentiunt, velut *Eutane* apud Plin. 5, 107 legitur, *Eutana* apnd Melam 1, 84, aliis idem oppidum *Euthenae* dicitur. vel *Limyra* et ap. Plin. 5, 100 et ap. Mel. 1, 82, qnod oppidum alias *Lamyra* nnncnpatur. dein *Bubassos* apnd Plinium 5, 104 exstat similiterque *Bubasius sinus* apud Melam 1, 81, quod oppidum etiam *Βύβασσος* vel *Βούβαστος* vocabatur. sed quid minutulis his rebns immoramur? consensus nonne usqne ad ipsa verba saepissime inter utrumque exstat? unde a latino quodam auctore primario eorum doctrinam emanasse comprobatur. est igitur inter eos quaedam *dissociatione germanitas concors* quae hac imagine illustretur:



[1]) *Ital. Landesk.* II 1902 p. 783 adn. 2.

ille auctor x quis fuerit scire nostra potissimum interest. qua in re cognoscenda Detlefseni illa quam saepius commemoravimus dissertatione[1]) egregie adiuvamur, qui eandem qua Plinius utitur partitionem orae Europae apud Melam quoque pro fundamento descriptionis esse evicit. hanc vero Varronis auctoritate constitutam esse maxime ex Plin. 3, 95 perspicitur ubi frons Italiae quae interest inter primum et secundum Europae sinum, diserto testimonio Varroni adscribitur.

ad hunc igitur communis origo refertur, hoc auctore usum esse Plinium supra p. 9sq. exposuimus. ea autem quae recentiorem apud Melam originem prae se ferunt, ad illum scriptorem pertinere consentaneum est, qui inter eum et Varronem intercedit. at dicunt[2]) Melam Pliniumque quibusdam rebus consentire, quae ultra Varronis aetatem procedunt. sane, sed hae quidem similitudines in eis partibus descriptionis positae sunt, quibus Plinium recentiori scriptori se applicasse aliis quoque rationibus statuendum est: in Hispania septentrionali (Plin. 4, 111 : Mela 3, 13), in Mauretania (Plin. 5, 20 : Mela 1, 30), colonias autem a Plinio ex laterculis censoriis additas esse post Cuntzium certum est.

quae cum ita sint, Melae Plinique consensu in universum quid Varro scripserit, ostenditur. ea vero quibus differunt admodum tenuia esse concedimus. itaque non nimis multa ab illo auctore y mutata esse cognoscitur, haud pauca addita esse elucet. eo largior messis est, ubi communem fontem restituendum suscipimus. atque hac in re Schwederi potissimum meritum collocatum est, id quod clara voce profiteri eo minus haesito quod in universum ab eo dissentio. is ad eandem formam descriptiones et Plini et Melae institutas esse subtili diligentique demonstratione ostendit[3]), in eo solum lapsus, quod Agrippea a periegesi Pliniana non seiunxit. quae ab ea aliena esse supra accurate demonstravimus, cum singulas terras Schwedero duce perlustraremus. quae hic repetere non opus est.

illa autem similitudo ut quasi imagine illustretur, Arcadiae descriptiones Pomponianam Plinianamque componimus:

Plin. 4, 20 *mediterranea eius* (Peloponnesi) *Arcadia maxime tenet, undique a mari remota.*

Mela 2, 43 *Arcadiam Peloponnesiacae gentes undique incingunt.*

---

[1]) Hermes 21 (1886) p. 240—265.

[2]) cf. Schweder *Beitr.* III 1883 p. 7.

[3]) *Beiträge* II 1878 p. 28sq. progr. Kiel 1879 p. 11sq. *Beiträge* III 1883 p. 37sq.

initio Drymodes, mox Pelasgis appellata. ***oppida*** *eius Psophis, Mantinea, Stymphalum, Tegea, Antigonea, Orchomenum, Pheneum, Pallantium unde Palatium Romae, Megalepolis, Gortyna, Bucolium, Carnion, Parrhasie, Thelpusa, Melaenae, Heraea, Pylae, Pallene, Agrae, Epium, Cynaethae, Lepreon Arcadiae*[1]*), Parthenium. Alea, Methydrium, Enispe, Macistum, Lampia, Clitorium, Cleonae. inter quae duo oppida regio Nemea est Bembinadia vocitata.*	*in ea sunt* ***urbes*** *Psophis, Tegea*[2]*), Orchomenos.*
21 ***montes*** *in Arcadia Pholoe cum oppido, item Cyllene, Lycaeus in quo Lycaei Jovis delubrum, Maenalus, Artemisius, Parthenius, Lampeus, Nonacris, praeterque ignobiles VIII.*	***montes*** *Pholoe, Cyllenius, Parthenius, Maenalus.*
amnes *Ladon e paludibus Phenei, Erymanthus e monte eiusdem nominis in Alpheum defluens.*	***flumina*** *Erymanthus et Ladon.*

certus ille ordo oppidorum montium fluminum per totam periegesin fere servatur[3]).

in eis vero terris quae longe iuxta mare tenduntur, oppida plerumque cum periplo absoluta sunt. tamen ne tunc quidem vestigia eius ordinis desuut, quae Schweder collegit l. l. quam formam Varroni deberi pro explorato licet habere.

iam auctor y quis fuerit aut saltem qualis fuerit quaerimus. ac Müllenhoffius quidem Nepotis chorographiam a Mela expilatam esse statuit[4]). ad quam sententiam propterea ductus esse videtur quod Nepos unus fere scriptor apud Melam laudatur. accedit quod Nepotis illa

---

[1]) ad discrimen Elei oppidi 4, 14.

[2]) *tenia* cod. sed Tegean intellegendum esse consentit Hansenus, *Beiträge zu alten Geographen.* Progr. Sondershausen 1879 p. 8.

[3]) hic illic fontes accedunt.

[4]) *Deutsche Altertumskunde* III 1892 p. 63. parum profecit in Melae fontibus indagandis R. Hansen Jahrb. 117 (1878) p. 496sq.

de Histro apud Histros effluente sententia in Melae quoque libello invenitur. at recte Carolus Wagener[1]) Nepotis quoque memoriam ab alio quodam auctore oblatam esse censuit. idem Mel. 3, 90. 45 et Plin. 2, 169. 170 ex uno fonte fluxisse sibi persuasit. sed ipsis locis diligenter inter se comparatis vehemens movetur dubitatio, num ex eodem auctore tam diversa potuerint exscribi. appono locos ut res planius perspici possit.

Plin. 2, 169 *et Hanno Carthaginis potentia florente circumvectus* ***a Gadibus ad finem Arabiae*** *navigationem eam prodidit scripto... praeterea Nepos Cornelius auctor est Eudoxum quendam sua aetate cum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque pervectum* eqs.

Mela 3, 90 *et Hanno Carthaginiensis exploratum missus a suis, cum per oceani ostium exisset,* ***magnam partem eius*** *circumvectus,* ***non se mari, sed commeatu defecisse memoratu rettulerat,*** *et Eudoxus quidam avorum nostrorum temporibus cum Lathyrum regem Alexandriae fugeret, Arabico sinu egressus per hoc pelagus, ut Nepos adfirmat, Gades usque pervectus est.*

genuina quae apud Melam de Hannonis navigatione servata est memoria, quin ipsius merito non debeatur, extra dubitationem positum est. apud Plinium autem recentiorum fabulae intraverunt veritatemque obtexerunt, nimirum ut magis perspicue quod demonstrandum erat appareret.

at alio loco Plin. 6, 200 — ex Seboso ut videtur qui Xenophonte usus est — genuina exhibet de Gorgadibus: *hirta feminarum corpora, viros pernicitate evasisse.* eadem apud Melam 3, 93 adulterata sunt: *sine coitu marum sua sponte fecundas.* ubi nugatorem Eudoxum subaudimus (cf. 3, 92 *sunt quibus ante adventum Eudoxi . . . ignotus ignis fuit* cf. Plin. 6, 188). quae cum ita sint, necessario iam ante Melam genuina et adulterata coniuncta fuisse statuitur: Nepote igitur et Seboso eius auctor usus erat.

nec minus luculenter ex eis quae apud Plinium ad 2, 169 adnexa sunt, praeter cognationem diversitas cernitur. nam quamvis Nepotis uterque auctoritate quod tradit firmaverit, in summa verborum similitudine unum exstat diversum: Mela 3, 45 Indos a rege Botorum dono datos Metello dixit, Plin. 2, 170 a rege Suevorum. hic uter genuina servaverit, non postest esse dubium. Boti illi plane ignoti sunt, nisi

[1]) cf. supra p. 18.

forte insulae cuiusdam Botis nomen quod Geogr. Ravenn. 5, 32 p. 440, 20 P.-P. servavit, ad eos pertinet. Suevos igitur pro ignoto nomine parum feliciter substitutos esse eo cognoscitur quod haec gens illa de qua agitur aetate (anno 62 a. Chr.) mare non attigit. itaque hic Plinius Nepotiana non ex ipso sumpsit, quae res egregie confirmatur, ubi indicem contemplamur.

spectant enim ad h. l. haec in indice nomina: *T. Livio Cornelio Nepote Seboso Caelio Antipatro.* T. Livium quo iure cum Nepote coniungamus, ex p. 16sq. elucet. Sebosus autem cum inter Nepotem et Caelium afferatur nec tamen quicquam inter ea testimonia intersit, quin Caeli doctrinam Plinio suppeditaverit, vix dubium est. Nepotiana igitur per T. Livium Plinio videntur oblata, ipse Nepos a Melae auctore adhibitus est. neque tamen ab ipso Mela cum fonte illa testimonia esse coniuncta mihi persuaseris. non enim eo loco apparent quo sanum auctorem ea collocasse conieceris, nempe in praefatione, ubi de orbe terrarum in universum agendum erat. quod factum fuisse haud scio an recte subsentiam in ipsis Melae verbis 3, 45 *sed praeter physicos Homerumque ‹qui›* [1]) *universum orbem mari circumfusum esse dixerunt, Cornelius Nepos* eqs. Nepos certe duo illa de oceani cohaerentia testimonia ut par fuit coniuncta proposuit, id quod ex Plinio (2, 169. 170) colligere licet. ex uno loco Melae quoque verba 3, 45 et 3, 90 dirupta esse haud scio an similitudine verborum subindicetur, quibus illa inducuntur: 3, 44 *ultra Caspium sinum quidnam esset, ambiguum aliquamdiu fuit* cf. 3, 90 *dubium aliquamdiu fuit, essetne ultra pelagus.*

Nepotem igitur Sebosumque apud Melae auctorem praeter primarium fontem adhibitum esse iure opinor concludimus. quae ad temporum rationes plane conveniunt. nam Sebosum sub Tiberio aut paulo post scripsisse supra demonstrare conati sumus. T. vero Livium eodem iure ab illa Melae traditione procul habemus. ac ne 1, 6 quidem Livio Melae auctorem usum esse demonstratur: (fretum Gaditanum) *primum angustum nec amplius decem milibus passuum patens.* nam eadem apud Nepotem quoque extitisse elucet ex Plin. 3, 4 *T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt minus VII p., ubi vero plurumum X.* immo si e duobus his numeris Melae eligendum fuit, debebat minorem afferre. sed procul dubio solum X p. quod spatium veritati egregie respondere testatur A. Philippson, *das Mittelmeergebiet* 1904 p. 38 — sunt enim 14 chiliometra —, apud Melae auctorem ferebatur.

[1]) emendavi. nam Wachsmuthi quam Frickius recepit coniectura clausula depravatur.

itaque qui eos numeros coniunxit, Melae non praesto fuit. sed Sebosi aliud quoque vestigium apud Melam exstat, quod mihi Ricardus Reitzenstein benigne monstravit. conferas quaeso quae ex Seboso Plinius 9, 46 tradit cum Mela 3, 62.

Pl. *in eodem* (Gange) *esse Statius Sebosus haut modico miraculo adfert vermis branchiis binis LX cubitorum caeruleos, qui nomen a facie traxerunt. his tantas esse viris ut elephantos ad potus venientis mordicus comprehensa manu eorum abstrahant.*

M. (alit India) *immanes et serpentes, aliqui ut elephantos morsu atque ambitu corporis adficiant*[1]).

dein tenuia quaedam vestigia laterculorum Augusteorum Schweder apud Melam detexisse sibi videtur[2]). eum enim in Baetica conventuum capita sola memorare 2, 88 *in Baetica Hastigi Hispal Corduba.* atque id potissimum affert: forma rariore *Hispal* Plinium quoque uti 3, 11 ubi sane Augustea adnectuntur. item in Tarraconensi Caesaraugustam, in Lusitania Emeritam quae conventuum capita fuerunt, percensentur. tamen vereor ne nimium horum nominum electioni vir ille doctus tribuerit. nam Mela si insignia oppida ex magno numero paucissima delibare voluit, fere in conventuum capita incidere debuit. sed nec 2, 75 nec 1, 30 nec 2, 118 aut 2, 123 apud Melam Augustea agnosco.

immo Augusti laterculis Melae auctorem usum esse pro tota eius quae sublucet indole, parum probabile est. neque id efficitur ex coloniarum mentione, de quibus Oehmichenus[3]) egit. quo in numero non liberae reipublicae tantum Caesarisque, sed una certe Augusti apparet, nimirum Pola 2, 57 quam una cum Hasta et Gna — quid sub his litteris lateat incertum est — ab ipso Mela additam esse Oehmichenus coniecit. cui opinioni quid faveat, frustra quaesiveris.

itaque praeter auctorem illum Plinio Melaeque communem i. Varronem, de quo postmodo planius agere constituimus, Nepos et Sebosus et ut id quod in excursum relegavimus praesumamus, Sallustius ab eo consulti sunt, quem Mela exscripsit, nisi quis forte Sallustiana a Mela ipso adscita esse contendere velit, id quod mea quidem sententia parum probabile est.

denique utrum ille Plinio notus fuerit necne, quaerere visum est. qua in re magni est momenti quod Plinius saepius praeter eam quam

[1]) de Sallusti doctrina apud Melam obvia cf. excursus.
[2]) *Beitr.* III 1883 p. 22 adn. 2 p. 36.
[3]) *Plin. Stud.* 1880 p. 46sq.

auctori primario debet, sententiam quorundam aliorum opiniones adfert, quae apud Melam unice exstant. solet autem Plinius pronomine *quidam* plurali auctorem certum significare, cuius nomen afferre ut potest ita non vult: cf. e. g. 4, 50 ubi Agrippam intellegendum esse apparet (cf. Riese Geogr. lat. min. p. 7) propter Divis. 13 (cf. Dicuil 1, 6, 1 qui in numero *DCCXX* cum Plinio consentit) et Dimens. 11.

hos igitur velim conferas locos: Plin, 3, 145 *flumen Aous a quibusdam Aeas nominatum:* Mela 2, 57 *amnes autem* (Illyriae) *Aeas et Nar* eqs. dein secundum Melam 1, 12 et 3, 36 Hyperborei Asiam habitant. cui opinioni Plinius occurrit qui eosdem Europae adscripsit. tamen 4, 90 addit *quidam eos in prima parte Asiae litorum posuere, non in Europa.* cf. 6, 34 *extra eos* (Scythas) *ultraque aquilonis initia Hyperboreos aliqui posuere, pluribus in Europa dictos.* atque apud Melam sex mensium diem noctemque ibi esse legitur, quam *imperitorum* opinionem Plinius acriter vituperat: 4, 89. tum in Hispania Mela 3, 13 gentem Artabrum commemorat quam Plin. 4, 114 umquam fuisse pernegat. de eadem regione cf. Mela 3, 10 *fluunt per eos* (Grovios) *Avo . . . Minius et cui oblivionis ocgnomen est Limia* cum Plin. 4, 115 *ab Minio . . . CC, ut auctor est Varro, abest Aeminius, quem alibi quidam intellegunt et Limaeam*[1]) *vocant, Oblivionis antiquis dictus multumque fabulosus.*

porro si Melam 3, 47 audimus, *in Lusitania Erythia est quam Geryonae habitatam accepimus.* cf. Plin. 4, 120 *sunt qui aliam esse eam* (Erytheam) *et contra Lusitaniam arbitrentur eodemque nomine quandam ibi appellant.*

iam Plin. 5, 28 *ab his* (Lotbopbagis) *non procul a continente palus vasta amnem Tritonem nomenque ab eo accipit, Pallantias dicta Callimacho et citra minorem Syrtim esse dicta, multis vero inter duas Syrtis:* inter duas Syrtis Mela quoque eam gentem commemorat 1, 36.

tum quae Plin. 5, 44 secundum quorundam opinionem profert, ea apud Melam inveniuntur quidem, sed diversis locis: 1, 23. 43. 3, 103: unde rectissime Plinium ea non ex Mela, sed ex eius fonte petisse Scbweder iudicat[2]). accedit quod Perorsi apud Melam desiderantur.

fortasse hoc loco etiam de 5, 67 agere licet, ubi ultimum enuntiatum ex alio fonte additum esse vel pronomine *ipsa gens* ostenditur cf. quae de eius usu recte Oehmichenus disputavit *Plin. Stud.* 1880 p. 11. accedit quod non iusto loco illa apparent. debebant enim commemorari inter ipsam Phoenices descriptionem (5, 75sq.). sed illo loco cum bis nomen Phoenicum offendisset Plinius, notulam adscripsit.

[1]) var. *limeam.* sed 4, 112 in alius auctoris descriptione *Limia.*

[2]) *Beitr.* II 1878 p. 20 Philol. 47 (1) 1889 p. 636sq.

similia autem apnd Melam 1, 65 leguntur nec tamen ex Mela Pliniana hausta sunt, propterea quod siderum apnd eum mentio non fit. itaque ad communem fontem reicimur.

denique tres sexti libri restant loci: Plin. 6, 80 *Chryse et Argyre fertilis metallis ut credo, nam quod aliqui tradidere aureum argenteumque his solum esse haud facile crediderim:* haec Mela exponit 3, 70.

Plin. 6, 188 similia quidam de Pygmaeis docent atque Mela 3, 81. haud secns se res habet 6, 197 *quidam et in eo tractu modicos colles amoena opacitate vestitos Aegipanum Satyrorumque produnt* cl. Mela 3, 95 *ultro montem* (Theon ochema) *viret collis longo tractu: longis litoribus obductus, unde visuntur patentes magis campi quam ut perspici possunt Panum Satyrorumque.*

qnae si recte dispntavimns, Melae auctorem notum fuisse Plinio iam non nimis audax videtur coniectura. itaque eius nomen in indicibns Plinianis exstare probabile est. nec tamen idem est qui Plinio in Europae septentrionali descriptione, ubi a vetere qua in meridionali eum usum esse infra probabimus, periegesi recessit, recentiorem doctrinam suppeditavit. quamquam enim in Hispaniae ora septentrionali mirus consensus est adeo nt ille sicnt Mela forma *Limia*[1]) utatur (Mela 3, 10 Plin. 4, 112, contra 4, 115 *Limaea*), tamen et hic quaedam discrepantiae exstant — cf. qnae supra p. 72 de aris Sestianis monuimus — et in Gallia Germaniaqne determinanda Mela ab illo abiit: ille Scaldi terras disinngit secundum recentiorem usum, hic ut priores fecere Rheno.

quae omnia si consideraverimus, quamquam nomen illins enuntiare vix possumus, eius tempus et indolem quoad eins fieri potuit, circumscripsimns. ac si hariolari licet quid contra L. Veterem faciat non video, qui apnd Plininm quater ante ipsam Melam in indicibus exstat. tamen ne ipse quidem huic opinioni plane otiosae multum tribuo[2]).

---

[1]) et hoo loco et Plin. 4, 115 numeris commendantur eae formae quae in codicibus traduntur.

[2]) tabulam pictam a Mela vel potins eius auctore adhibitam ita institutam fuisse censet Detlefsenns, *Beschreibung Italiens* 1901 p. 4 sdn. 2, ut meridiana superiorem partem eius tenerent, septentrionalia inferiorem. cui adsentire non possum. nam ille qno nititur locus aliam explicationem admittit eamque probabiliorem. Mela enim ab oriente Italiam adtingens 2, 58 eam eius imaginem proponit, ut qnasi ab Alpibus prospiceret totam terram: ab Alpibus incipit in altum excedere. hino dextrum latus est occidentale, sinistrum orientale. itaque peripli directioni insistit. eadem ratione apnd Plinium qnoque 3, 43 notiones *dexter* et *sinister (laevus)* explicandae esse videntur: quamobrem improbo quae Gualtherus Ruge in censura libri Detlefseniani exposuit (Petermanns Geogr. Mitt. 1901 p. 87).

III. de Augusti Agrippaeque tabulis censoriis.

quoniam Plini auctorem non eundem esse demonstravimus, cui Mela maximam descriptionis partem vel fere totam—nam praeter patrii oppidi Tingenterae mentionem nnm quicquam Melae proprium sit ambigo—acceptam refert, ex opere Pliniano primum unum auctorem exsecare conabimnr, cuius indoles certo cognita est, nempe Augustum.

neque enim mea quidem sententia potest in dnbitationem vocari quin praeeunte Detlefseno[1]) de Augusti laterculis in nniversum recte iudicaverit Otto Cuntz[2]), qui tabulas censorias eis subesse existimat. quamquam scrupuli quidam restant, qui idonei visi sunt Schwedero[3]), ut totam Detlefseni argumentationem a Cuntzio probatam everteret. quamobrem quid de eis censendum sit, inquiramus necesse est.

Mommsenns enim cum de coloniis Italicis ageret[4]), in Plini catalogo oppidorum quae ad I regionem pertinent, exstare docuit nomina quorundam, quae aut Augusti aetate esse desissent aut numquam oppidorum ius obtinuissent. qnam rem quamquam Cuntzius ne verbo quidem tetigit, tamen sane digna est, quae diligenter reputetur. deinde aliud exstat quod explicationis videtur indigere. in Augusti enim tabulis oppida incolarum nomine notata fuisse adeo recte Cuntzius cognovit, ut ipsum ἐθνικὸν Augusteae originis indicium esse possit. at in ipsis eisdem tabulis hand raro oppidorum nomina inveniuntnr. putasne Plinium ad arbitrium nulla ratione commotum ea pro incolarum nominibus substituisse? operae sane pretium videtur inquirere, si quid rationis indagare possimus.

Mommsenus[5]) igitur eo perducitur ut nomina nuda ad litteras digesta apud Augustnm extitisse coloniasque et mnnicipia c. R. in Italiae descriptione distincta non fuisse statuat. at unde in provinciis tam subtilis distinctio nisi ex Augusti tabulis? nam e. g. in Hispania Plinio per se causa non erat ulla, quod Latini iuris et stipendiaria oppida eximeret, propterea quod universae Hispaniae Vespasianus imperator Augustns Latium tribuerat (Plin. 3, 30). itaque recte a Cuntzio iuris distinctiones ad laterculos Augusti relatas esse iudico. at quo-

[1]) comment. Mommsen. 1877 p. 30 sq.
[2]) l. l. cf. p. 16 adn. 2.
[3]) *Beitr.* III 1883 p. 6 sq.
[4]) Hermes 18 (1883) p. 161—213.
[5]) l. l. p. 204.

modo explicentur nomina ea quae aut numquam aut certe non Augusti aetate oppidorum fuerunt, quaesiveris. his tibi respondeo: si in tabulis Augusteis ea inveniri non potuisse concedimus, Plinium ex alio ea fonte addidisse concludendum est. qnae opinio minime caret specie veritatis. neque enim ille Augusti indices integros se propositurum esse spopondit. et unum sane exemplum exstat certissimnm aucti a Plinio catalogi. nam Roma cum oppidis primae regionis, utpote exempta ex eadem, apud Augustum coniungi non potuit. sed haec extra ordinem litterarum in calce adposita est, propterea nimirum quod ampliora de Roma addenda visa sunt Plinio, quam de reliquis oppidis. neqne demonstratum est ac ne potest quidem demonstrari peripli auctorem quem Plinius iu Europa secutus est, mediterraneas regiones omnino neglexisse. immo si Arcadiam tractavit auctor ille Romanus, de qna in communi Plini Melaeque fonte actum fuisse utique Schwedero[1]) concedo, de Italia interiore silere non potuit. multa adeo oppida quae in latercnlis leguntur, apud eum commemorata fuisse consentaneum est. quid si ex eo quaedam Plinius laterculis inseruit? hinc Alba Longa, Norba, Forum Appi, Fregellae in catalogum inrepserunt, hinc etiam oppidorum nomiua pro incolarum exstant. sic una coniectura plus unam difficultatem removere licet. dein saepius etiam in altero Plini fonte loci nomen, non incolarum extitisse perspicitur, velut 3, 63 *Corani a Dardano Troiano orti:* auctor nempe Coram a Dardano conditam dixerat. 3, 64 *Praenestini urbe quondam Stephane dicta:* iterum apud auctorem haud dubie legebatur: *Praeneste quondam Stephane dictum;* adde quod in Plini verbis ipsa vox urbis de oppidulo minus apta est. porro 3, 105 *nobiles clade Romana Cannenses:* immo: *Cannae nobiles clade Romana.* quid quod utrumque inxta positum est: 3, 106 *Albensium Alba ad Fucinum lacum.* praeterea cf. 3, 113 *Narnienses quod oppidum Nequinum antea vocitatum est.* similiter 3, 51 *coloniae: Falisca Argis orta ut auctor est Cato.* haec e Varrone fluxisse Dionysi loco comprobatur: arch. 1, 21 (cf. Solin. 2, 7 Serv. Aen. 7, 695 cl. Fest. 83).

in periplo igitur oppidorum nomina, non incolarum inveniebantur. itaque 3, 63 incipit Plinius secundum periplum: *Abellinum*[2]), *Aricia, Alba Longa,* seqnuntur ethnica: *Acerrani* etc. ipsam autem Albam Longam apud Augustum commemorari non potuisse Mommsenus cognovit, siquidem ordo oppidorum respiceretur. dein *Bovellae, Calatiae*[3]),

[1]) *Beitr.* II 1878 p. 6.

[2]) cf. 3, 105 ubi in secunda regione commemorantur ex Augusto: *Abellinates cognomine Protropi Abellinates cognomine Marsi.*

[3]) *Caiatia Calatia* scribendum fuisse Mommsenus edocuit.

Casinum, Calenum[1]), *Capitulum Hernicum* rursus incolarum nomina abiecerunt, item *Forum Appi.* haud secus 3, 116 *Caesena* et *Claterna* oppidorum agmen ducunt, hinc formam nominis in subsequentibus retinet Plinius: *Foro Clodi, Livi, Popili* eqs. quae manifesto ex ethnicis restituta sunt, id quod indicatur ablativo *Foro*[2]).

itaque quamqnam multa nomina quae in periplo qnoqne exstabant, incolarum nomine substituto ad Angusti tabulas Plinius accommodavit, tamen passim aut oblitus est aut nolnit alteram formam delere. sic illud quoque explicatur quod ordines non alpbabetici hic illic inveniuntur velut coloniarum primae regionis (3, 63)[3]). quo loco coloniae notionem ab Augusto petitam esse ne ego quidem nego, sed ipsa nomina apud peripli quoque auctorem extitisse arbitror.

nolo omnia hoc genus exscribere[4]), tamen Etruriae oppida non possum non laudare[5]). ibi enim cur ab incolis ad oppidorum nomina transeatur, dilucidissime perspicitur. illa autem currunt a littera A usqne ad Florentinos, his additur de sitn notitia quae non tam ad incolas quam ad locum pertinet: *Florentini praefluenti Arno adpositi.* talia vero ab Augusti tabulis aliena esse Bormannus quoque monuit[6]). adnectuntur quoniam de loco actum est, nomina oppidorum: *Faesulae Ferentinum Fescennia Hortanum Herbanum Nepet Novem Pagi Praefectura Claudi Foro Clodi Pistorium Perusia,* ubi *Foro Clodi* nec minus *Hortanum Herbanumque* ex ethnicis restituta esse apparet. cum vero in horum duorum nominibus propriis Plinius erraverit, ea ex solo Augusto ei innotuisse coniecerim. neque igitur Plinius, id quod sane nostra maxime intererat, Augusti indices puros in contextum recepit.

iam videamus possintne alibi qnoque similia vestigia indagari. atque 3, 80 ubi de Corsica res est, Cuntzius[7]) verba *civitates habet XXXII et colonias Marianam a C. Mario deductam, Aleriam a dictatore Sulla* ad Augustum refert. id quod mihi non probatur. neque enim ille in coloniarum mentione quis deduxisset indicavit. accedit qnod contra Augusti morem ordo inversus est. nam apud eum primo loco ea oppida percensebantur, quibus summum erat ius. denique litterarum

[1]) hanc formam recte siquid video Eugenius Bormann (*Bemerkungen zum schriftlichen Nachlasse des Kaisers Augustus.* Marburg 1884 p. 37) explicat: Calenos apud Augustum commemoratos fuisse.

[2]) cf. Skutschius, Jahrb. f. Philol. suppl. 27 p. 104.

[3]) cf. Oehmichenus *Plinianische Studien* 1880 p. 53.

[4]) quaedam Oehmichenus notavit 1880 p. 51.

[5]) 3, 52.

[6]) l. l. p. 39.

[7]) 1890 p. 517.

qnoque ordo immutatus est. quae cum ita sint, colonias illas ab Angusto alienas iudico. unde cadit qnod quis de eo apud Melae auctorem adhibito concluserit ex Mela 2, 122 *Corsica . . . praeterquam ubi Aleria et Mariana coloniae sunt a barbaris colitur.* colonias autem etiam periegeseos anctor commemoraverat, cnins rei haec pono exempla: 3, 56 *Ostia colonia a rege Romano deducta.* 3, 59 *Tarentum . . contributa*[1]) *eo maritima colonia quae ibi fuerat.* quas colonias merito Cuntzius[2]) ab Augusti laterculis seclusit.

ac ne de Sardinia qnidem omnes mihi scrnpnlos Cuntzius[3]) removit. enumerantur autem 3, 85 eius insulae populi ita ut oppida populique ad ordines non secernantur, colonia vel ultimo loco appareat. ordinis deniqne elementorum tenuia tantum vestigia supersunt: ac sane insunt Augustea, sed non snnt integra. nam in primis loci ratio habetnr. Ilienses enim Balari Corsi septentrionales insulae partes occupaverunt, itaque haeo universa ad Augustum referre dubito.

neque igitur cum Cuntzio facio qui parnm sibi probatnm esse dixit[4]) a Plinio ad laterculos aliena adnexa. at ipso loco de quo ille ibi agit 5, 149, utiqne verisimile est non genuinnm indicem a Plinio praestari. nam sicut rectissime priora nomina: *colonia Apamena Agrippenses Iuliopolitae* ad tabulas illas censorias pertinere contendit, ita de nltimo quod est *Bithynion* maxime haereo. positum est enim extra ordinem alphabeticum, neque ethnico significatur ac ne latino qnidem nomine: nam hoc quoqne tabularum illarum proprinm est, sicut par fuit in opere ad usum reip. Romanae destinato cf. e. g. nt unum pro mnltis landem 5, 91 sq. in periplo commemorantur: *Magirsos et intus Tarsos,* contra ubi ex tabnlis iuris notio addita est, latina forma apparet: 5, 92 *Cydnos Tarsum liberam urbem procul a mari secans.* itaqne cum nnlla re Bithynion cum latercnlis coniungatur, hoo nomen a Plinio eis adglutinatum esse mihi persuasi.

porro aliud Plini additamentum manifesto tenemus 3, 107 *Samnitium colonia Bovianum Vetus et alterum cognomine Undecimanorum.* hanc coloniam Vespasiani temporibus veteranos accepisse constat. diversa autem cum fuerit a vetere Boviano Mommsenus Hermes 18 (1883) p. 191 CIL. IX p. 239 in Plini verbis *coloniae* scribendum censuit. qnem Cuntzius sequitur, qui 1888 p. 22 Bovianum Undecimanorum iam antea ab Augusto veteranos dednctos esse arbitratnr, cuins rei

[1]) nota artis vocabulum cf. 3, 19 *in eam contributi Icositani,* 4, 117.
[2]) 1888 p. 19 et 21.
[3]) 1890 p. 517.
[4]) 1890 p. 504.

testimonium exstat nullum. coniectura igitur coniecturam fulsit. quibus rebus consideratis haud scio an singulari numero *colonia* servato solum verba *colonia Bovianum* Augusto vindicanda sint, reliqua Plinio angenti ad sui temporis statum tabulas. similiter 4, 110 verba *ubi nunc Flaviobriga colonia* ab ipso Plinio addita esse Cuntzius putat 1888 p. 12.

ex diversis fontibus tabulas oppidorum et periegesin esse petitas et ab ipso Plinio coniunctas Detlefsenus inde potissimum concluserat, quod haud raro bis memorantur eadem oppida et inter laterculos et in terrae descriptione. nititur autem ipsius Plini verbis 3, 23 *nunc per singulos conventus reddentur insignia praeter supra dicta.* quibus aperte indicari iterationes nominum eorundem invito Plinio accidisse. quam sententiam Schweder infringere conatur eo quod aliter Plini verba interpretatur. falso enim ad adiectivum *insignia* vocem *oppida* vulgo mente addi. *insignia* pro substantivo potius habendum et spectare ad ordines oppidorum — vertit *Rangklassen* —. quae significatio num in illa voce inesse possit omnino, quam maxime dubito. sed refutatur Schwederi opinio constanti Plini usu cf. 3, 7 *ex his digna memoratu.* 3, 10 *celeberrima.* 3, 14 *non ignobilia.* 3, 18 *quorum celeberrimi.* 3, 25 *stipendiariorum autem celeberrimi.* 3, 28 et 37 *ignobiles* omittuntur. 3, 49 *nobilibus oppidis* 5, 147 *praeter hos celebres.* 3, 104 *Dauniorum praeter supra dicta* (sc. oppida) *coloniae* eqs. 3, 140 *insulae eius sinus cum oppidis praeter supra significatas.* 5, 29 *colonias praeter iam dictas,* al. de adiectivo vero *insignis* cf. e. g. 4, 59 *oppida eius* (Cretae) *insignia* (*urbium notissimae* Mela 2, 113), ind. 14, 5 *insignia* (h. e. praecipua, gravissima) *culturae ac vinearum.* denique si Schwederi explicationem probamus, Plininm se plenos indices propositurum spondentem facimus. id quod cum rebus minime convenit.

at hercle ne explicantur quidem omnia, si cum Schwedero insignia ad ordinis significationem referimus. non iam de aliis terris verba nunc facio, quas in examen vocare Schwederi fuit, sed in ipsa Hispania, de qua egit, Dianium stipendiarium cum ipsa ordinis significatione bis commemoratur 3, 25. 20. quod quamquam Schwederum non fugit, tamen quomodo explicandum esset, non promulgavit. at enim minime unicum est exemplum. cf. de Venusia 3, 104. 105 Mommsenus l. l. p. 198 adn. 204, de Canusio 3, 102. 104 Oehmichenus 1880 p. 51. hic tabulae a descriptione eo quoque nomine differunt quod in eis Canusium Dauniis attribuitur. quorum fines in periplo amne Cerbalo circumscribuntur, unde Canusium excluditur[1]). deinde Atinates et

[1]) alia differentia 3, 51 invenitur. nam in periegesi *Volcientes* dicuntur, qui in tabulis 3, 52 *Volcentani.*

3, 104 in periplo et 105 in laterculis apparent. tum 3, 62 Plinius Nuceriam ex periegesi notavit, Alfaternos einsdem oppidi incolas ex Augusto, quod nomen falso ad Aeqniculorum gentem (Plin. 3, 108) rettulit Huelsen[1]). nam et Aequiculi ad IV regionem pertinent neque in illo indice 3, 63 enumerantur nlli popnli qui interierant. sed recte idem vir doctus[2]) a Plinio 3, 73 flumen Acherontem cum oppido Acherontia infelici acumine coninnctum esse monuit. nominis autem similitudine Plinius in errorem induci potuit, Augnstns sic errare non potuit.

quae cnm ita sint, parum mea qnidem sententia verisimile est Angustnm fines singulorum oppidorum partim ad hanc, partim ad illam regionem distraxisse. id qnod vulgo inde concludunt[3]) quod Fidenates Ficolenses Nomentani et in prima regione (3, 64. 69) et in quarta commemorantur (3, 107). immo multo magis probabile est, eos ab Augnsto quartae regioni adscriptos esse, in prima regione ex periegesi commemorari sive invicem. cui opinioni id quoque favere videtur qnod Fidenates 3, 69 inter eos referuntur, qui *fuere in Latio.* primae antem regionis oppida non integram Augusti seriem prae se ferre iam supra cognovimns[4]). quod vero Augustum populorum fines non anxie observasse in divisione regionum contendunt, hoc fundamento parum firmo nititnr. nam Frentanos nsqne ad Frentonem amnem producunt propter solum eius nomen[5]). quod si merito fieret, Frentani ab Augusto partim regioni quartae, partim secundae adtributos esse existimandum foret. at fluvi illius nomen quo cum Frentanis coniungitur, non satis certo traditum est. vulgabatur enim apud Plinium 3, 103 sane *flumen portuosum Frento.* quamquam iam Silligius cum meliores quidam codices pro illo nomine *fertur* vel *fer* exhiberent, accito hodierno nomine *Fortore Fertor* restituendum vidit, quam formam Detlefsenus merito in contextnm recepit. neque igitur est quod Plinio diffidamus, cum a Tiferno amne qui regionum terminns est, oram Frentanorum incohat 3, 106.

atque hae qnidem iterationes in Italia: in Histriae descriptione Flanona commemoratur 3, 140, inter Augustea iam 3, 139 enumerati sunt Flanates; in Macedonia Arethusa in periegesi exstat 4, 38, at iam

---

[1]) *Pauly-Wiss.* I 1471.

[2]) ibid. I 218 cf. Mommsen CIL. IX p. 43.

[3]) cf. etiam Nissen, *Italische Landeskunde* II 1902 p. 464. 608.

[4]) Plinium ipsum nomen Ilionensium addidisse Nissenus quoque censet l. l. II p. 574 adn. 8.

[5]) Nissen l. l. I p. 527 II p. 778.

4, 35 commemorati sunt Arethusii. item in tabulis inveniuntur Aloritae 4, 34: antecedit paulo eorundem oppidum Oloros. bis autem idem referri Plinius propter levem nominis diversitatem non perspexit. eodem pertinet quod 4, 8 Pagae commemorantur, contra 4, 23 ex Augusto[1]) *Pagaei et amplius Aegosthenenses contributi Megarensibus.* alia porro exempla Cuntzius adnotavit: Tralles oppidum in periegesi (5, 108), Caesarea idem oppidum (5, 120) in laterculis Augusti invenitur[2]), idem valet de Celaenis et Apamea[3]). denique Tymphaei in periegesi Aetolis adscribuntur (4, 6), apud Augustum Macedoniae (4, 35)[4]).

similiter res se habet 3, 151. 3, 140 enim ex Augusto[5]) insulas Plinius rettulit: *Absortium Arba Crexi Gissa Portunata.* paulo post 3, 151 *Cissa*[6]) *Pullaria et Absyrtides* commemorantur *Grais dictae a fratre Medeae ibi interfecto Absyrto.* pro ultima voce quam addidit F^2, codd. DF^1 exhibent vocabula *nunc Absortium.* quae ab editoribus[7]) falso si quid video spernuntur. doctiora enim sunt quam nt a librariis addi potuerint. tamen utrum recte Absyrti nomen quo facile caremus, omittatur an tuendum sit haeseris. hic non sine utilitate opinor comparamus comm. Bern. Luc. 3, 190 ubi haec: *in Illyrico iuxta Histriam insulae sunt Absyrtides, ab Absyrto fratre Medeae dictae, qui ibi*[8]) *interfectus est.* certe illam vulgatam lectionem *interfecto Absyrto* scholiasta videtur ante oculos habuisse. sed hoc minoris momenti est, nam de iteratione dubium non est. tum Aeminienses quoque 4, 118 inter Augustea commemorantur, quamvis excludantur oppida supra dicta cf. 4, 113. denique in Cilicia 5, 93 *El‹a›eusa* falso inter mediterranea commemoratur, nimirum quia in periegesi insula dicta est: cf. 5, 130.

Plinium vero non ipsum laterculos Augusti inspexisse nulla re probatur. quomodo autem rem instituerit, optime cernitur in Siciliae descriptione. ubi quin Plinius plenos Augusti thesauros servaverit, non est dubium. in eis enim oppidis quae in periegesi commemorantur, ordinem Plinius ex Augusti tabulis indicavit, reliqua in mediterraneo

---

[1]) quamquam Cuntzius 1890 p. 512 sq. non ei tribuit, veri videtur simile ex eo illa esse petita.

[2]) 1890 p. 493.

[3]) ibid. p. 494.

[4]) ibid. p. 512 adn. 5

[5]) cf. Cuntzius 1888 p. 28.

[6]) quin eadem sit atque Gissa, vix dubium est.

[7]) uuperrime genuiua restituit Detlefseuus 1904.

[8]) correxi; *quibus* B: *ubi* C.

collocavit[1]). importune autem ei accidit, quod re non satis diligenter peracta quaedam nomina bis apparent. sic exstat *Selinus* in periplo 3, 90, at 3, 91 intus *Selinunti*, *Drepana* in ora 3, 90, *Drepanitani* 3, 91 intus. neque enim sicut Cuntzius[2]) volnit, 3, 90 vox *promunturium* ad Drepana pertinere potest; immo necessario ad Lilybaeum referuntur verba: *ab eo promunturium* (sc. dictum). Drepanitani autem promunturi omnino Plinius rationem non habet. discrimen intercedit inter periplum et tabulas etiam de oppido Naxo. quod illic periisse dicitur: *Tauromenium quae antea Naxos*, cf. Strab. 267 *αἱ δὲ μεταξὺ Κατάνης καὶ Συρακουσσῶν (πόλεις) ἐκλελοιπασι Νάξος καὶ Μέγαρα.* sed Naxi inter Augustea leguntur.

plenos Augusti a Plinio laterculos in Siciliae descriptione propositos esse contendi. at enim Cuntzius[3]) 3, 88 numerum urbium ac civitatum LXIII imminuendum censuit propterea quod LXII nomina in Siciliae descriptione legerentur. non adfero codices in illo numero consentire eundemque tam a Martiano Capella 647 quam a Dicuile 8, 3 firmari. nam ubi necessariam esse mutationem perspectum est, codicum nulla est auctoritas. at obscuratur illa mutatione ratio tabularum Augusti. Plinius autem ne numerandis nominibus tempus triverit non vereor. sed ex ipso numero LXIII concludendum esse iudico Liparam[4]) eo numero fuisse comprehensam. unde efficitur ut in Augusti laterculis Aeoliae insulae cum Sicilia coniunctae fuerint. Plinius vero cum eas divelleret a Siciliae descriptione, numerum mutare supersedit.

Plinio Augusti tabulas ipsas praesto fuisse demonstratum est. tamen non aeque de omnibus provinciis eas consuluit. quae res quomodo explicanda sit videamus.

Cuntzius commode composuit[5]) quibus in terris Plinius tabulas censorias non adisset. ac Norici Moesiaeque descriptiones (3, 146. 149) nullo modo cum eo periplo cohaerent quo in Europae ora meridionali

---

[1]) non recte Schweder *Beitr.* III 1883 p. 40 cl. Mela 2, 118 *interius vero Leontini et Centuripinum et Hybla aliaeque complures* conclusit iam apud communem auctorem laterculos cum descriptione fuisse coniunctos. id tantum concedo apud illum etiam de mediterraneis oppidis quaedam fuisse prolata. at pro his Plinius uberiora ex Augusto substituit. quae in ipsa Sicilia non ab initio cum periegesi cohaerent.

[2]) 1888 p. 31.

[3]) 1888 p. 31.

[4]) 3, 93 *Lipara cum civium Romanorum oppido.*

[5]) 1890 p. 521.

usus est Plinius[1]). nam Noricum additur in calce descriptione alterius sinus peracta, Moesiae nomen in periplo non invenitur, sed comprehenditur terra nomine Thraciae cf. 4, 44 *Thracia altero latere a Ponticо litore incipiens, ubi Hister amnis inmergitur.* cur vero in Norico ex Augusto nihil excerpserit, fortasse cognoscere licet. commemorantur enim in descriptione perteuui oppida et coloniae a Claudio condita; itaque Plinius, cum similia Augusteis iam apud eum auctorem quem ibi sequitur invenisset, ea addere uoluisse videtur. in Aegypto autem (5, 48sq.) Cypro (5, 129) Creta (4, 58sq.) Cyrene (5, 31sq.) fontes reliqui tam largam Plinio praebuere materiam, ut ex Augusto pauca tantum vel fere nihil addere liceret. quamobrem hic eum non adscivit.

aliter Pliuius Augustea tractavit in Italiae regionibus 1—8, aliter in 9. 10. 11. in illis series Augusti ipsas protulit, in his Augustea cum narratione iam coniuncta erant in Plini fonte. id his argumentis firmatur: commemorantur coloniae Augusta Taurinorum et Augusta Praetoria ita ut ex solis Augusti tabulis quae de eis traduntur, effici non potnerint. atque Augusta Tauriuorum locum antiqui huius gentis oppidi occupavit. hinc si quis ad id pertinnisse contenderit quod apud Plinium legitur, coloniae notionem et nomen ab ipso ex Augusto addita, refutari vix poterit. at de Augusta Praetoria res aliter se habet. ea enim condita est anno 24 a. Chr. in eo loco quo Varro Murena Augusti legatus castra posuerat[2]), unde antea ibi oppidum non fuisse conicieudum est. qua re hic certe probatur usum esse Plinium auctore qnodam, qui et ipse Augusti laterculos adsciverat ad geographiae notitiam augeudam. accedit quod etiam in regionibus IX et X tabulis illis Plinius non ipse usus esse videtur, nisi qnod 3, 130 ea qnae alius ille scriptor posuerat, supplevit ex ipso Augusto serie adiecta quae ad litteras disposita est. diversam autem rationem cur Plinius inierit, causa nou perspicitur, nisi statuimus alium auctorem hic eum adiisse, alium in reliqna Italia eisque terris quarum descriptionem ipse ex Augusto amplificavit. quae cum ita sint, circumspicieudum est possintne alibi vestigia illius auctoris iuveniri, cuius propria est Augnsteorum cum periegesi commixtio.

ac sane si septentrionalem oram Hispaniae secundum Plinium peragraverimus, hic Augustea cum ipsa descriptione coniuncta esse cognoscemus[3]).

atque etiam in Epiri descriptioue 4, 2 Antigonenses iam Cuntzio

[1]) cf. p. 135sq.

[2]) cf. Nissen l. l. II 1902 p. 171.

[3]) cf. quae p. 144sq. exponam.

ansam dederunt de Augustea origine cogitandi. at ibi quoque non nomen tantum eius urbis apparet, sed etiam situs perspicitur. neque enim Plinius, cum Epirus partim ad Achaiam provinciam, partim ad Macedoniam pertineret, ipse de eius situ ex Augusto certior fieri potuit.

accedit quod aliis quoque rebus illa Epiri descriptio prior 4, 2 differt ab insequentibus, ubi ab Acrocerauniis rursus incipitur. qua de re infra nobis disputandum erit[1]).

tum in Galliae Comatae descriptione Augustea quidem quaedam insunt, sed coniuncta cum eadem. unde hanc quoque cum eis quae modo tractavimus, cohaerere apparet. nam recte Cuntzius[2]) cavit, ne Galliae populos ex Augusto sumptos esse statueret, praesertim cum situs ratio haberetur. de aliis vero recentioris originis indiciis postea videbimus[3]).

denique in Africae descriptione diversam ab usitata viam Plinium inisse Oehmicheno[4]) satis idonea causa visa est, qua de origine Augustea laterculorum omnino dubitaret. ac sane rectissime nomen Augusti inter auctores libri V desiderari monuit. sed hanc rem postea Cuntzius[5]) optime explicavit, ita ut eam partem laterculorum quae libris V et VI continetur, Agrippae vindicaret. tamen non omittendum est, non ethnica enumerari, quam rationem Plinius in eis terris adhibuit, ubi ipse Augustea vel Agrippea adnexuit. sed hoc merito non magni facit Cuntzius[6]). accedit quod in periplo 5, 22 *colonia Cirta Sittianorum cognomine* distinguitur, qui usus ab illis tabulis alienus est. porro 5, 24 *colonia Carthago in vestigiis magnae Carthaginis* plus exhibet quam in eis ferri solebat. itaque ex periegesi rem amplificavit Plinius. denique Gaetulia, cum provincia hanc gentem amplexa non sit, ad tabulas censorias utique non redit; adde quod a populorum nomine ipsa forma distat. notandum est autem Castra Cornelia bis commemorari: 5, 24 *locus Castra Cornelia;* 5, 29 *oppidum stipendiarium*[7]) *unum Castris Cornelii.* hic ablativo indicatur ab incolis primum oppida vocata esse. unde supplementa illa peripli 5, 29. 30 ex tabulis censoriis fluxisse verisimile est.

[1]) cf. p. 134 sq.
[2]) 1890 p. 520.
[3]) cf. p. 143 sq.
[4]) Berl. phil. Woch. 1889 p. 930 sq.
[5]) 1890 p. 522 sq.
[6]) 1888 p. 41.
[7]) *foederatum* Plinio scribendum fuisse Cuntzius mihi persuasit 1888 p. 11. tamen scriptorem potius quam librarios errasse ego quoque censuerim.

sed quod Mauretaniae quasdam colonias Plinium ex eisdem recepisse Cuntzius arbitratur [1]), parum mihi probatur. nam contra earum usum Augusti conditoris nomen appositum est. sed aliis quoque rationibus commovemur, ut Mauretaniae descriptionem non ad eundem auctorem referamus, quem in meridiana potissimum Europa secutus est Plinius. id quod infra accuratius exponemus.

iam ut comprehendamus, in nonnullis terris Plinius laterculis non primus usus est. in eis igitur regionibus describendis non eundem quem in ceteris adhibuit auctorem; quae sententia postea aliis causis firmabitur.

unum restat, ut de Augusti Agrippaeque opere quaestionem absolvamus. Cuntzius [2]) enim unum opus ab eis compositum esse statuit, quo et tabulae illae censoriae et commentarii quibus usus Augustus postea orbem pingendum curavit, comprehensi essent. sed hinc plus uno nomine difficultates oboriuntur. aliter enim Hispaniam in Agrippae commentariis, aliter in Augusti tabulis divisam esse Cuntzium non fugit. Agrippa enim Gallaeciam Asturiamque cum Lusitania coniunxit, quas Augustus Tarraconensi provinciae attribuit. fieri igitur non potuisse autumat, ut mutarentur tum cum Augusti tabulae componerentur, quae in Agrippae commentariis proposita erant. cui sententiae plane accedo. tamen quomodo Cuntzius eam diversitatem explicaverit non placet. testamento enim Agrippae censet cautum esse, ne quid ex eis quae reliquerat immutaretur. qua de re non modo nihil traditum, sed videtur tanto viro esse indigna parvumque ostendere ingenium hominis gloriae suae tantum faventis, qualem Agrippam non novimus.

ac ne illud quidem argumentum quo Cuntzius sententiam suam fulcire conatur, mihi videtur satis valere. nam si verum esset, quod ille statuit [3]) propter Strabonis verba 314 *διότι μέχρι Πόλας, Ἰστρικῆς πόλεως, προήγαγον οἱ νῦν ἡγεμόνες τοὺς τῆς Ἰταλίας ὅρους* Arsiam non ante annum a. Chr. 9 (743 a. u. c.) Italiae finem factum esse, mensurae quae eo usque currunt, ab Agrippa abiudicandae ad Augustumque potius referendae essent, opus ab amico incohatum hic quoque ad finem perducentem. at permirum esset, si Plinius in tabulis censoriis utriusque partes adeo diligenter distribuisset, ut Augusti nomen in V et VI indice omitteret, de mensuris quomodo res se haberet, parum

[1]) 1890 p. 520.

[2]) 1890 p. 524.

[3]) 1888 p. 27. recte videtur respuisse Nissenii sententiam qui ad ultimos tantum Augusti annos commune hoc Tiberi cum patre negotium referri posse censet: Ital. Landesk. I p. 31. 81.

cognitum habuisset. nam 3, 150 quamquam non diserte Arsiam terminum Italiae et Illyrici Agrippae Plinius vindicat, tamen vix quisquam ausit ea quae ante verba *a Dirino ad promunturium Acroceraunium CLXXV Agrippa prodidit* leguntur, ab ipso divellere[1]). nomen autem Agrippae propter sequentia potissimum indicandum fuit, ne quis sinum illum Agrippensem cum Varronianis confunderet. deinde ipsum fluvii nomen *Dirinus* Agrippae est. nam in periegesi idem *Drino* vocatur, quae forma, si analogiam admittimus, rectior videtur, cf. nomen Naronis.

quamobrem Agrippa vivo Italiae fines usque ad Arsiam prolatos esse censeo. at Strabonis verba huic obstare videntur sententiae. sed haud scio an aliter ea liceat accipere. nam animadverte quaeso quid Strabo paulo ante dixerit. ἔφαμεν[2]) δ' ἐν τῇ περιοδείᾳ τῆς Ἰταλίας Ἴστρους εἶναι πρώτους τῆς Ἰλλυρικῆς παραλίας συνεχεῖς τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τοῖς Κάρνοις. quae verba spectant ad tempus quod fuit ante Augustum atque egregie conveniunt cum eis quae apud Plinium 3, 127 leguntur: *Formio amnis . . . anticus auctae Italiae terminus.* hactenus igitur aetate liberae reipublicae Italiam protendebant; cui sententiae opponitur is finis, quem *οἱ νῦν ἡγεμόνες* b. e. imperatores constituerunt. quae si probamus, omnes difficultates diffluxerunt.

duo igitur Agrippae opera non confundi satius videtur. nec umquam tabulae censoriae cum eis quae Agrippae commentariis debentur, artius cohaerent. quid? ipsa ratio eorum nonne plane aliena ab illis laterculis? commentarios enim Agrippa conscripserat, ut eorum ope orbis pingeretur in porticu Vipsania, quod opus perficiendum Agrippa moriens sorori iniunxerat, tabulas ut censor confecerat, illi ad privatum Agrippae donum pertinebant, hae ad publicum magistratum. quas Augustus ad finem perduxit ut censor. e commentariis autem post Agrippae mortem chorographia edita esse videtur, quam hoc nomine Strabo laudat, Plinius quo indolem magis indicaret, commentariorum significatione[3]).

denique in calce huius disputationis addo de 4, 5 notam. ibi Plinius sane in vituperationem merito incidit, si scripsit: *in ipso ore* (sinus Ambracii) *colonia Augusti Actium cum templo Apollinis nobili ac civitate libera Nicopolitana.* hic plane comprobo quod Cuntzius[4]) contra Bursianum

[1]) adde quod Divis. orb. 9 Italia fluvio Arsia finitur.

[2]) cf. 215 fin.

[3]) male accipiunt vulgo, si quid video, Pliniana 3, 17, ubi verba *porticum ex destinatione et commentaris M. Agrippae a sorore eius incohatam* coniungenda esse mihi quidem certum est.

[4]) 1890 p. 513. cf. etiam Schweder, Jahrb. 145 (1882) p. 122.

et Mommsenum de oppido Actio non dubitavit. sed ipse rem artificiosius explicare conatur. in periegesi enim Actium invenisse Plinium, in laterculis coloniam Actium, civitatem liberam Nicopolim. quae a Plinio parum feliciter esse conflata. at vide ne librariorum culpa in Plinio vituperetur. quid si ipse scripsit: *ac civitas libera Nicopolitana?* tunc omnia manifesta sunt. facillime autem grammatica ratione neglecta nominativus *civitas* ad praepositionem *cum* a librariis potuit adnecti. qui error adeo tritus est, ut fere exempla proferre pudeat, sed cf. 3, 7 *Gadis inter insulas dicenda:* sic recte A, in reliquis *dicendas* accommodato casu ad antecedentia, unde vulgo *dicendae* edunt, sed singularem formam retinendam esse elucet ex 4, 120. vel 6, 155 *his iuncti* vulgo *his iunctis* DF: *his iuncti sunt* Detlefsenus; item 6, 171 *ultra silvae* codices vulgares, sed *ultra silvas* EF[1], unde *ultra silvae sunt* Detlefsenus coniecit male, nam copula in ea descriptionis parte solet omitti. sed taedet versari in re concessa; nec tamen supervacaneum fuerit adnotare Martiani locum qui *civitas* legisse videtur: 651 *Actium colonia cum Apollinis templo . . . civitasque Nicopolitana.*

II. de terrarum descriptionibus.

I. de Europa.

qui antea de Plini fontibus geographicis quaesiverunt, id egerunt, ut ad unum auctorem omnia aut fere omnia referrent. qui cum ipsius Plini de fontibus testimonium (3, 1) spernerent, fieri non potuit quin aut parum probabilia aut aperte falsa proferrent. tamen quibusdam auctoribus per totam geographicam operis partem usum esse Plininm omnes consentiunt. quo in numero imprimis Varronem et Agrippam habendum esse iudicamus.

iam ut quantum Agrippa usus sit Plinius, perspicere possimus, age quae alibi illius fragmenta exstant, cum Plinianis conferamus. ac primum quidem Divisionis mensuras adpingo, additis de Dimensuratione et de Orosio notis, deinde eos locos comparemus quibus ὁ χωρογράφος apud Strabonem laudatur:

Div. 1 de tripertito orbe cf. Plin. 3, 3 et supra p. 63.

2 de principio: indidem Plinius exordium cepit.

3 *Hispania in universum* cf. Plin. 3, 29. sed de Agrippea § 3 origine dubitatio nobis exorta est, cf. p. 67.

4 *Baetica* [1]) (Dim. 24): Plin. 3, 16 quamvis divisionem Agrippae reiecerit.

5 *Lusitania* (Dim. 23): Plin. 4, 118.

6 *Tarraconensis* (Dim. 22): omissa quia aliam Plinius sequitur divisionem.

7 *Gallia Comata* (Dim. 20): Plin. 4, 105.

8 *Narbonensis* (Dim. 21): Plin. 3, 37.

9 *Italia* (cf. Dim. 14, 15 et infra p. 112sq.): *Plin. 3, 44 [2]).

10. 11 Div. aliter atque Agrippa partita est. genuinam divisionem

---

[1]) in Divisione numeri desunt.

[2]) asteriscum eis locis adposui, ubi Agrippea origo non diserto testimonio firmata est.

praeter Plin. 4, 98 et 3, 150 Dimensuratio 18. 19. servavit, nisi quod Illyricum Pannonia auctum est.

12 *Epirus Achaia Attica Thessalia* (Dim. 12): *Plin. 4, 32.

13 *Macedonia Thracia Hellespontus et pars sinisterior Ponti* (Dim. 11): *Plin. 4, 50.

14 *Dacia* (Dim. 8): Plin. 4, 81.

15 *Sarmatia Scythia Taurica* (Dim. 9): Plin. 4, 91.

accedit ex Dim. 30 (cf. Oros. 1, 2, 76 [36]) *Britannia*: Plin. 4, 102. Hiberniae mensuras Agrippeas solus Plinius servavit.

redimus ad Divisionem:

16. 17 *Asia bipertita*: Plin. 5, 102 (cf. 6, 24 ubi singulae mensurae contractae videntur), cf. p. 166.

18 *Armenia* etc. (Dim. 6): Plin. 6, 37.

19 *Syria* (Dim. 4): *Plin. 5, 67.

20 *Aegyptus inferior* in Div. contra Agrippae sententiam cum Asia coniuncta est, at recte in Dim. 28 cum Libya cohaeret. cf. Plin. 5, 40. quo haud scio an ex Plinio 5, 39 potius: *latitudo* (Aegypti) *CLXVIIII est* referam, quam cum Riesio[1]) 5, 48. sed de longitudine ambigo.

21 *Arabia* (cf. Dim. 29 *Arabia Aethiopia et Aegyptus superior et sinus Arabicus et Persicus*): cf. Plin. 6, 196.

22 *Mesopotamia* (Dim. 3): Plin. 6, 137.

23 *Media Parthia Persis* (Dim. 2): Plin. 6, 137.

24 *India* (Dim. 1): Plin. 6, 57.

restat Africa. ac de Aegypto iam egimus. *Cyrenaica* autem in Divisione excidit, adest Dimensuratio 27: *Plin. 5, 38 (cf. 6, 209).

reliqua Divisio quoque praebet:

25 *Africa, Numidia* (Dim. 26): *Plin. 5, 25.

26 *Gaetulia, Mauretania* (Dim. 25): *Plin. 5, 21, qui ex suorum temporum usu quem in ipsa descriptione sequitur, terram utramque Mauretaniarum (nempe Tingitanae et Caesariensis) nomine comprehendit.

denique ex Dimens. 13 (cf. Oros. 1, 2, 99 sq. [52]) et Strab. 266 lucramur Siciliam (de qua cf. Plin. 3, 86 sq. et supra p. 54 sq.) nec non insulas maris Aegaei: Dimens. 7 Oros. 1, 2, 98 (51), cf. *Plin. 4, 71 ubi priorem numerum *DCC* ex Dimensuratione et Orosio emendes. praeterea Agrippea scimus de Cypro ex Dimens. 5 cl. Oros. 1, 2, 96 (49), de Creta ex Dimens. 10 cl. Oros. 1, 2, 97 (50), de Corsica et Sardinia ex Dimens. 16. 17 cl. Oros. 1, 2, 101 sq. (53 sq.) et Strab. 224.

[1]) GLM 1878 p. 7.

ac de Cypro ea Plinius aspernatus est, propterea quod Isidorus ei abunde materiam praebuit: Plin. 5, 129 cf. supra p. 36. deinde ex mensuris Cretensibus diastemata quae procul dubio apud periegeseos auctorem (cf. supra p. 57sq.) non invenerat, ex Agrippa supplevit: 4, 60. Sardiniae porro mensurae uberiores quam Agrippa adferre solitus est, periegesis obtulit: cf. Plin. 3, 84 (cf. p. 59). ac ne Corsicae quidem mensuras (3, 80) ab eo sumpsit, sed ab auctore periegeseos. denique mensuras orae Italicae Agrippeas (cf. Strab. 285. 261) a Plinio respici infra monebimus. itaque ut comprehendamus quae de Agrippa modo disseruimus, satis multa in universum ex eo Plinius hausit, sed ubi largiora aut aeque larga certaque alii praebere videbantur, Agrippea hic illic non recepit. idem supra de tabulis censoriis invenimus. consuetudinem igitur Plini hinc illinc doctrinam delibantis nec plenam praebentis agnoscimus. sapientiam enim *σχοίνῳ Περσίδι* metiebatur, amplitudine, non pretio. tamen non sine quadam excusatione ab optimis fontibus recessit: aeque bona se alibi indagasse existimavit. qua re plus unius indolem scriptoris Plinius nobis subindicat.

Varronem quoque ipsum a Plinio adhibitum esse supra cognovimus, cf. p. 9sq. sed sunt qui eum hic illic tantum inspectum esse ac pauca Plinio praebuisse dicant.

qua in re sane dignum est commemoratione per totam Plini descriptionem unam teneri imaginem, eisdem plerumque verbis expressam, nempe belli cuiusdam quod fit inter terram et mare. hos velim mihi conferas locos:

3, 5 *Oceanus a quo dictum est spatio*[1]) *Atlanticum mare infundens et avido meatu terras, quaecumque venientem expavere demergens, resistentis quoque flexuoso litorum anfractu lambit, Europam vel maxime recessibus crebris excavans, sed in quattuor praecipuos sinus.* cf. 3, 74 *in eo* (sinu primo) *maria magna: unde inrumpit, Atlanticum* eqs.

4, 9 *in eo loco* (Peloponnesi) *inrumpentia e diverso . . maria . . omnem ibi latitudinem vorant* eqs. cf. 4, 19 *tot sinus Peloponnesi oram lancinant, tot maria adlatrant, siquidem a septentrione Ionicum inrumpit, ab occidente Siculo pulsatur, a meridie Cretico urguetur, ab oriente brumali Aegaeo, ab oriente solstitiali Myrtoo.* nec non 4, 22 comparare iuvat: *universa autem* (Peloponnesus) *velut pensante aequorum incursus natura, in montes sex atque LXX attollitur.*

tum 4, 75 *vastum mare praeiacens Asiae* (Pontus) *et ab Europa porrecto Cherronesi litore expulsum angusto meatu inrumpit in terras VII*

[1]) cf. 3, 3 *Gaditano freto qua inrumpens oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur.*

stadiorum ut dictum est intervallo Europam auferens Asiae. cf. 4, 76 *dein vastum mare Pontus Euxinus . . longe refugientes occupat terras* eqs.

5, 141 *impetum deinde sumit Hellespontus et mare*[1]) *incumbit verticibus limitem fodiens, donec Asiam abrumpat Europae.*

hnc pertinet etiam Ponti Euxini descriptio[2]), quam longum est exscribere; tamen adnoto has locutiones: *peculiari invidia naturae sine ullo fine indulgentis aviditati maris,* inrumpendi verbum et devorandi, vocabula vastitatis, rapinae. nota etiam prosopopoeiam per totam descriptionem ductam, cf. imprimis 6, 2 *invitis hoc accidisse terris indicio sunt tot angustiae.*

6, 31 *tantis iterum angustiis infestatur Asia* (cf. 5, 65 ubi similis certe sententia).

6, 36 *nam et inrumpit* (mare) *e Scythico oceano in aversa Asiae.* pergitur interpositis fragmentis quae postea in descriptionem inserta sunt[3]) 6, 38 *inrumpit autem* eqs.

6, 107 *inrumpit deinde et in hac parte geminum mare in terras*[4]): quae imago quin Plinio ipsi non debeatur, dubium non est. nam coninnctam illam quasi catenam contemplari necesse est. artissime autem ea conexa est cum ea dispositione quam Varronem secutus Plinius in ora Europae meridiana tenuit[5]), cf. 3, 5. accedit qnod eis tantum locis apparent eins vestigia, quos aliis quoque de causis Varroni tribuimns. sic 4, 19 et 4, 75 huius doctrinam praeberi infra p. 127 ex inverso descriptionis ordine concludemus. imprimis 6, 36 et 38 cernitur notionem inrumpendi e Plini fonte translatam esse atque e Varrone: nam huius verba artissime cohaerent cum illis ennntiatis; cf. etiam Mela 3, 38 *mare Caspium ut angusto ita longo freto primum terras quasi fluvius inrumpit* eqs. ac ne 6, 107 quidem illud vocabulum Plini proprium est[6]): cf. Mela 3, 72, qui locus cum Plinio usque ad ipsa verba consentit cum in aliis tum in voce inrumpendi: *quas ripas inflexerat, bis inrumpit* (mare)[7]). ille vero Plini locus 6, 107 diserto Solini 33, 1 testimonio ad Varronem refertnr:

---

[1]) falso hic vulgo accusativum removent, cf. Plaut. Cas. 308, Sall. hist. 3, 40 Maur.

[2]) 6, 1.

[3]) cf. supra p. 11.

[4]) cf. etiam 2, 173 ubi similia leguntur.

[5]) de qua cf. Detlefsen, Herm. 21 (1886) p. 240 sq. et infra p. 106 sq.

[6]) semel ubi de suo illo verbo utitur, plane aliter usurpat 3, 12: *Singilis fluvius in Baetim quo dictum est ordine inrumpit.*

[7]) cf. etiam Mela 2, 52 *Rhion deinde maris id nomen est, anguste et velut freto latus orae sequentis incidens inter Aetolos et Peloponnesiacos usque ad Isthmon inrumpit.*

Pl. *inrumpit deinde et in hac parte geminum mare in terras, quod Rubrum dixere nostri, Graeci Erythrum a rege Erythra, aut ut alii solis repercussu talem reddi existimantes colorem, alii ab harena terraque, alii tali aquae ipsius natura.*

Sol. *ad Rubrum mare, quod Erythraeum ab Erythra rege*[1]) *Persei et Andromedae filio, non solum a colore appellatum Varro dicit.*

his cum verbis egregie consentit Mela l. l. ita ut iam certius pronuntiare liceat quis ille auctor x sit: cum Varrone Mela non solum dispositionem Europae, sed etiam illam imaginem communem habet, quamquam ut plerasque, ita non omnes Plini Melaeque congruentias ad unum Varronem referendas esse iudico. nam Plinium auctoris y quoque opus legisse supra demonstravisse nobis videmur.

unde vero Varro adductus sit, ut illa imagine per totum opus uteretur, ostenditur Strabonis quodam loco, qui Eratostbenis sententiam profert (120) *πλεῖστον δὲ ἡ θάλασσα γεωγραφεῖ καὶ σχηματίζει τὴν γῆν, κόλπους ἀπεργαζομένη καὶ πελάγη καὶ πορθμούς.*

atque baec quidem ad totum opus pertinent. iam quibus auctoribus in singulis partibus Plinius usus sit, inquiramus. exordium vero de Europa ducendum est, in cuius descriptione quin Varro Agrippa Augustus a Plinio adhibiti sint, dubitare nemo potest. ac de Augusti parte postquam egimus, eo res pervenit, ut quid Varroni, quid Agrippae deberetur, cognoscere conaremur.

qua in quaestione pro fundamento utimur egregia quam iam compluriens tetigimus, Detlefseni observatione, qui Europae oram meridianam Varronis auctoritate quadrifariam dividi intellexit[2]). qnae partitio a Plinio adeo adhibita est, ut vel terrarum descriptiones propter ipsam dirumperet. neque igitur leviter ei se applicavit, sed eam pro descriptionis fundamento habuit. unde Varronem apud eum ita ut par fuit, multum valuisse apparet. confirmatur autem ipsa illa observatione Detlefseniana id, quod de operis Varroniani indole disputavimus[3]). nam huius divisionis in solo geographico libro locus erat.

singulos igitur locos contemplemur, quibus illa partitio apud Plininm cernitur. ac primum de 3, 5 agendum est. cuius paragraphi initium Varronianam prae se fert doctrinam. eo enim auctore dicta esse verba: *quam* (Europam) *plerique merito non tertiam portionem fecere,*

[1]) regem Erythram a Varrone vocatum esse eo maioris momenti est, quod Curtius Erythrum eundem haud semel nuncupat; 8, 9, 14. 10, 1, 14 bis.

[2]) Hermes 21 (1886) p. 240—265.

[3]) cf. supra p. 12.

verum aequam eqs. ex Comm. Bern. ad Luc. 9, 441 luculenter cognoscitur: *quidam diviserunt orbem in duas partes, ut Varro, id est Asiam et Europam, quidam in tris Asiam Europam Africam, ut Alexander, quidam in quattuor adiecta Aegypto, ut Timosthenes.* contra Agrippae terrarum orbis dividitur tribus nominibus. Varronianam autem divisionem Plinius sequitur in universa distributione. iam vide sequentia. cum illa de oceano prosopopoeia, quam ad Varronem esse referendam modo docuimus, et artissime et aptissime Varroniana cohaerent: (oceanus) *Europam vel maxime recessibus excavans, sed in quattuor praecipuos sinus, quorum primus a Calpe Hispaniae extimo . . . monte Locros, Bruttium usque promunturium, inmenso ambitu flectitur.* quibus in verbis non conveniunt inter se Locri et Bruttium promunturium. nam hoc non diversum esse ab eo quod vulgo Leucopetra dicitur, merito omnes consentiunt [1]). itaque alterutrum debuit commemorari, aut oppidum aut promunturium. Plinius autem rariore nomine perperam accepto id falso cum Locris confudit. contaminationis igitur, sicut iam supra, cernimus vestigia. quodsi quaesiveris utra notio Varroniana sit, facile respondebitur. nam et 3, 74 et 3, 95 primi sinus finis Locris diserte constituitur, hoc loco addito Varronis nomine. error vero Plini quomodo nasci potuerit, perspicue apparet. alius enim quidam auctor, quem Agrippam fuisse conieceris secundum ea quae de 3, 95 sq. paulo post disputabimus, illo promunturio alterum Italiae latus videtur terminasse. itaque cum Varro idem usque ad Locros produxisset, Plinius duo loca confudit, eo nimirum consilio, ut duorum auctorum doctrinam conflaret.

finitur primus sinus Locris 3, 74. sequitur frons Italiae, h. e. pars orae apertum mare spectans [2]), quae describitur intermissa marium et insularum enumeratione. has a Plinio ipso de orae descriptione divulsas esse supra demonstravimus, de maribus postea videbimus. sed in ipsa frontis descriptione est quod haereas. leguntur enim 3, 95 haec: *a Locris Italiae frons incipit Magna Graecia appellata, in tris sinus recedens Ausonii maris, quod Ausones tenuere primi. patet* $\overline{LXXXVI}$ *ut auctor est Varro, plerique* $\overline{LXXV}$ *fecere.* frontem Italiae quantum Varro intellexerit, ipso numero declaratur. nam ultra Lacinium illa $\overline{LXXXVI}$ nullo modo procedunt et multo minus $\overline{LXXV}$ quibus idem spatium

[1]) cf. Hülsen, Pauly-Wissowa II 911.

[2]) hanc notionem frontis contrariam voci sinus Varronianam esse luculenter demonstratur et 3, 95 et 4, 116, quibus locis Varro ipse laudatur, sed eadem subest 4, 113 (qui locus cum 4, 116 arte conexus est). 6, 53. 199. cf. etiam Mela 1, 9. 14. 16. 67. 87. 3, 3. 79. 100. hic etiam Plin. 3, 89 commemorari potest, siquidem recte nunc edidit Detlefsenus *a quo fronte Siciliae* (*a qua* E^2 R).

significatur. qua in ora tris sinus frustra quaesiveris. nominatur antem in ipsa descriptione unus Scolacens. fac duorum nomina a Plinio omissa esse: tamen ne hac quidem ratione difficultates solvuntur. aegre enim in illa orae parte tres sinus inveniantur. accedit quod ad Ausonium mare in universum referuntur, unde longius evagamur usque ad Sallentinos (cf. 3, 74; 14, 69). quid? quod ipsa verba artius constricta esse nec bene cohaerere inter se videntur? quis enim alias haec coniunxisset: *in tris sinus recedens Ausonii maris, quod Ausones tenuere primi* ubi *quod* ex usu Pliniano non pronomen est, sed causativa particula? itaque cum a Varroniana frontis notione illi sinus abhorreant — nam omnino sinus a fronte alieni sunt, propterea quod non spectant mare apertum —, aliunde ad eius doctrinam additi sint necesse est.

simile quiddam observamus in alterius sinus circumscriptione, quae incipit his verbis: 3, 97 *a Lacinio promunturio secundus Europae sinus incipit magno ambitu flexus et Acroceraunio Epiri finitus promunturio, a quo abest* $\overline{LXXV}$. hic bonum Plinium plane incredibilia narrare Detlefsenus adnotavit. ac profecto quisquis vel semel tabulam pictam orbis obiter contemplatus est, ubi partitionem quandam orae Europae meridionalis quaesiverit, non Acroceraunio promunturio, sed Malea sinum tertium a secundo disterminaverit. neque enim ora ab Acroceraunis usque ad Hellespontum sinum efficit. unde cognoscitur Plinium inter lucubrationes libris usum esse, tabulam Vipsaniae porticus semel tantum adiisse de Charace oppido, quo loco diserte eius auctoritatem adfert. at Varronem perperam divisisse quis dixerit. quodsi verum esset, doctrinae eius gloriae valde imminueretur. sed feliciter accidit quod hoc loco apud Melam 1, 17 genuina partitio servata est. verum etiam ex Plinio ipso dilucide cognoscitur, quantopere ille lapsus sit. nam enuntiato *a quo abest* $\overline{LXXV}$ subiectum est utique promunturium Lacinium, si artem consulis. sensu tamen hoc plane cassum est[1]). nam inter Lacinium et Iapygium promunturia $\overline{C}$ p. interesse Plinius ipse testatur 3, 99, quae mensura licet paulo largior esse videatur[2]), tamen nulla ratione cum illa convenit. accedit enim mensura quae currit ab Italiae ora usque ad Acroceraunios montes cf. 3, 145 *Oricum* — quod oppidum prope ab eis abest — *a Sallentino . .* $\overline{LXXX}$ *distat.* quae cum ita sint, maximas a Plinio turbelas factas esse concesseris. verae autem mensurae vulgo ferebantur: cf. Agathem. 3, 8 (GGM II 473) *τὸ δὲ στόμα τοῦ Ἀδρίου . . ἔχει διάπλουν σταδίων ψ'*

[1]) nec mutatur res ubi cum Mart. Cap. 650 $\overline{LXXXV}$ scribimus.

[2]) 700 stadia secundum Polybium (Strab. 261).

(i. 87, 5 m. p.) *ἀπὸ ἄκρας Ἰαπυγίας ἐπὶ Κεραύνια ὄρη τῆς Ἠπείρου*[1]). luce igitur clarius est Adriatici maris os illa mensura significari. tunc vero non a Lacinio promunturio ad Acroceraunium currit, sed a Sallentino. duas igitur rationes diversissimas hic quoque Plinius male conflavit, ita ut ab altero auctore initium, ab altero finem sinus sumeret. initium autem Varroni deberi certo testimonio constat 3, 95. iam quo auctore finem constituerit quaerendum est. qua in re a nominis forma proficiscimur. varie enim illos montes Plinius significat. in periegesi aut montes Acroceraunia dicuntur (3, 145. 4, 1) aut simpliciter Acroceraunia (4, 4. 52), quo nomine in Isidoreis quoque Plinius utitur 2, 244. Ceraunii deinde montes 4, 2 quo de loco infra agendum est[2]). sed promunturium Acroceraunium 3, 150 Agrippae est. eodem autem nomine cum locus 3, 97 vocetur, eodem auctore Plinium a Varrone descivisse arbitror. quae sententia egregie confirmatur eo, quod Plinius ipse ab Agrippa sinus Italiae et Illyrici ambitum computatum esse testatur: 3, 150 *universum autem sinum Italiae et Illyrici ambitu* |XVII| (Agrippa prodidit). quem si usque ad Lacinium promunturium extenderemus, multo maior evaderet summa. nam etiamsi duae mensurae ab Agrippa alienae in rationem admittendae sunt, tamen in universum ratio non multum a veritate aberit. quas mensuras cruce notavi:

Illyricum[3]) (3, 150)	705 m. p.
Histria (cf. infra p. 121).	125 „ „
† Formio ab Ravenna	189 „ „
† Rsvenna ab Ancona	105 „ „
Ancona a Gargano (Strab. 285)	254 „ „
Garganus a Sallentino (Strab. ibid. et Plin. 3, 103[4])	234 „ „
Sallentinum a Lacinio (Strab. 261)	240 „ „
quae summa efficit	1852 m. p.

omissa vero ultima mensura efficiuntur 1612 m. p. ac si Agrippam in universum terrestres mensuras breviores computare quam reliquos consideraverimus, de illis XII lis nobis nou erit. sed nascitur suspicio non |XVII|, verum |XVI| apud Plinium 3, 150 scriptum fuisse[5]). tamen sive accipis hanc coniecturam sive respuis, quin sinus Agrippeus inde a

[1]) idem os Ionii maris constituit Ps. Scyl. 217.

[2]) cf. p. 134 sq.

[3]) Illyricum ab Arsia usque ad Acrocerannium promunturium Agrippa intellegit.

[4]) cf. Schweder *Beitr.* III 1883 p. 18.

[5]) variant libri DFR qui *XIIII* praebent. qua lectione nil lucramur nec quicquam tritius quam pro *V* vel *U II* scribi. Partschius l. l. p. 41 eandem

Sallentino promunturio compntatns sit, non dnbito vel propter falsam 3, 97 mensuram. Agrippae igitnr sententiam cum Varroniana coniungere conatus est Plinins et hoc loco et eis, de qnibus modo egimns. similem autem contaminationem nos snpra 3, 3sq. et 3, 87 (*promunturia ac latera*) detexisse forsitan hic admonere hand supervacaneum sit.

atque de altero quidem sinn haec. de tertio et quarto sinn nil est quod moneamus, propterea quod Plinius in eis nil videtur peccasse. insulas antem ab ipso Plinio ad suos sinus relatas esse snpra iam vidimus[1]). restant maria, qnae cnm illis sinibus arte conexa snnt apnd Plinium. nsm sinns alicuins descriptione ad finem perducta, antequam insulas tractat, de maribus agere solet. haec nna cnm quadripertita orae divisione Plininm a Varrone sumpsisse Detlefsenus l. l. censuit. sed mihi secus videtur. nam quamquam in universnm maria recte disposuit Plinius, tamen uno loco perspicitnr marium partitionem ab ipso ad sinnum similitndinem factam esse. neque enim ad sinus quadrat marium divisio quae facta est 3, 74 *in eo* (primo sinu) *maria nuncupantur, unde inrumpit Atlanticum, ab aliis magnum, qua intrat, Porthmos a Graecis, a nobis Gaditanum fretum, cum intravit, Hispanum, quatenus Hispanias adluit, ab aliis Hibericum aut Baliaricum, mox Gallicum ante Narbonensem provinciam, hinc Ligusticum, ab eo ad Siciliam insulam Tuscum, quod ex Graecis alii Notium alii Tyrrhenum, e nostris plurimi inferum vocant. ultra Siciliam quod est ad Sallentinos, Ausonium Polybius appellat, Eratosthenes autem inter ostium oceani et Sardiniam quicquid est Sardoum, inde ad Siciliam Tyrrenum, ab hac Cretam usque Siculum, ab ea Creticum.* hic igitur Plinius ultra primum sinum longe evagatur. adde qnod contra rationem dicta sunt: *in eo maria nuncupantur;* neque enim Atlanticum mare ad primum sinum pertinet. deniqne ne hoc quidem plane neglegendum est apud Melam similia extare 1, 7 iuxta ea quae snpra cnm Plini 3, 3 comparavimus. ubi Plinius Agrippae verba cum alio auctore contaminavit, qui Melae quoque multa praebuit. itaque de Varroniana illius loci origine dubitare non licet — vel propter Polybium et Eratosthenem auctores —, tamen alio atque Plinium ordine enm maria tractasse consentaneum est.

haec in universnm potins disputanda erant. iam ad singula accedamus. proficiscendum antem videtur ab Italia. hic Iohannes Geff-

---

rationem subduxit, sed compluribus erroribns admixtis. nsm pro Histriae circuitu latitudinem XL substituit, at qui sinum computat, oram legat necesse est. deinde mensursm Anconam a Gargano non chorographi, sed periegeseos adhibuit. hinc splendidus quidem, sed fallsx consensus evasit.

[1]) cf. p. 75sq.

cken[1]) Plin. 3, 40—42 et 37, 201—202 ad Varronem referre conatur. nititur autem qnadam similitudine, quae inter bos locos intercedit et Verg. georg. 2, 136 sq. Dion. arcb. 1, 37[2]). talia certe Varronem hand dedecent ac similia leguntur apud eum rei rust. 1, 2, 4. nec non in ipsis Antiquitatum libris talia cecinisse videtur secundum Macr. sat. 3, 16, 12. tamen vereor ne rhetorum quilibet discipulus talia componere potuerit. ac ne Strabonis quidem laus Italiae Polybium mihi sapere videtur, sed scholam, cf. Menand. RG III 344 Sp. (p. 44 Bursian). itaque cum in singulis rebus inter eos quos a Varrone pendere vult Geffckenus, etiam discrimina appareant, cavendum est, ne quae communi doctrina artis ferebantur, ad unum referamus auctorem. sic quamquam Plinium in lande illa Italiae a Varrone multa transtulisse per se minime a veri similitudine abborret, tamen non ausim eam Varroni tribuere.

baec igitur in medio relinquamus. certiora autem de mensuris videntur effici posse. atqne egerunt de eis Iosephus Partsch[3]), Gustavus Oehmichen[4]), Detlefus Detlefsen[5]). ex quibus Oebmichenns omnes circuitus mensuras ad Varronem rettulit, ad Agrippam reliqui duo et generales de longitudine latitudineque et eas quae ad ambitum spectant.

ac Partschinm quidem facili opera Oebmichenus refutavit, cuius argumenta nolo repetere. unum moneo: quod circuitus Italiae secundum Partscbi computationem optime cum Agrippae mensura[6]) convenit, non ipsa re efficitur, sed Partscbi ratione, qui nonnullis mensuris omissis ad arbitrium alias snbstituit. ad Varronem deinde ambitus singulas mensuras referendas esse Oebmichenus arbitratus est, cautius quidem quam Partscbius, sed ne ipse quidem certa ratione ductus. nam cum una peripli mensura certo testimonio Varroni tribuatur, ceteras quoque ad eundem pertinere edicit. denique Detlefsenus ex arbitrio rem tractavit, eo consilio ut Agrippae omnia vindicaret. nam pro illa mensura quae Varroni adscribitur, alteram in ordinem recepit, quam *plerique* probaverunt 3, 95, abiecta ea quae unica ipsi Agrippae attribnitur. accedit quod ne Detlefseni quidem computatio cum Agrippae circuitu congruit. absoluta igitnr quaestio non est, posse eam absolvi cum aliqua probabilitate mihi persuasum est.

[1]) Saturnia tellus. Herm. 27 (1892) p 381—388.

[2]) addo Prop. 3, 22, 17 sq.

[3]) *Die Darstellung Europas in dem geographischen Werke des Agrippa.* Breslau 1875 p. 36—45.

[4]) *Plinianische Studien* 1880 p. 27—31.

[5]) *Die Beschreibung Italiens* etc. 1901 p. 17—23.

[6]) 3, 44 *universae autem* (Italiae) *ambitus a Varo ad Arsiam* [XX] *XLIX p. efficit.*

ac primum quidem longitudinis latitudinisque mensuras contemplemur, de quibus Detlefsenus p. 18sq. parum feliciter videtur egisse. sed rectissime 3, 43 mensuram longitudinis |X| XX quae currit ab inalpino fine Praetoriae Augustae per urbem Capuamque usque ad Regium oppidum, Agrippae vindicavit cl. Divis. orb. 9 |X|CC (|XI| Dicuil)[1]). neglexit autem alterius mensurae reliquias, quae latent in verbis: *multoque amplior mensura fieret Lacinium usque, ni talis obliquitas in latus digredi videretur.* ex ultimis verbis cognoscitur, id quod iam supra statuimus, Plinium tabulam Italiae ante oculos non habuisse. sed quid subsit toti illi enuntiato, quaeritur. atque in Agrippae mensuris ratio est habita promunturii Lacini, sed minime tanti momenti apud eum fuit, quanti apud Varronem, qui frontem Italiae eo finivit secundumque Europae sinum inde coepit. hunc igitur mensuram duxisse nescio unde ad Lacinium coniecerim. tunc etiam intellegimus illa Pliniana *ni talis obliquitas in latus digredi videretur.* debebat enim Varroniana mensura ad mediam frontem duci, non ad alterum eius cornu. eius autem numerum maiorem fuisse quam Agrippae ex ipsis Plini verbis *amplior mensura* assequimur. quodsi verum est, non potuit Varro Cisalpinam Galliam ab Italia segregare[2]). quae opinio aliis quoque rebus confirmatur. nam Formio *anticus auctae Italiae terminus* dicitur 3, 127; opponitur autem Arsiae, qui *nunc finis Italiae* est 3, 129. itaque usque ad Formionem fines Italiae ante Augustum prolati sunt. quid? quod Caesaris quoque aetate Cisalpinam provinciam ab Italia secerni esse desitam exposuit Mommsenus[3]), qui Varo iam ante Augustum Itsliam terminatam fuisse certo comprobavit. quae cum ita sint, quin Varro quoque Galliam Cisalpinam cum Italia coniungere potuerit, non potest esse dubium. ac profecto apud Plinium, quem in Europa meridionali praeter Agrippam Varronem potissimum sequi infra demonstrare conabimur, praeter illud *anticus auctae Italiae finis* 3, 127 et 3, 115 *fluvius Rubico quondam finis Italiae* nulla re indicatur umquam Cisalpinam ab Italia separatam fuisse. unde vero Varro mensuram duxerit, ne divinando quidem inveniri potest, propterea quod in Gallia Transpadana Plinius Varroniana non protulit[4]).

longitudinis igitur duplicem mensuram, alteram ipsam, alterius

---

[1]) In Dimens. 14 propter Italiae divisionem mensurae non quadrant. cuius divisionis haud scio an ansam dederit duplex apud Agrippam latitudinis definitio, de qua statim agemus.

[2]) iam Polybius Italiam ad Alpes usque propagavit: 2, 14, 6 cf. 1, 6, 8.

[3]) CIL. V p. 902.

[4]) cf. infra p. 137sq.

saltem umbram invenimus: latitudinis triplex exstat 3, 44. hic quin prima Agrippea sit, non potest dubitari. Arsia enim flnvio Italia terminatur. accedit quod numeri Divisionis et Dimensurationis haud multum absunt ab eo qui apud Plinium legitur: $\overline{CCCCX}$ Plin. $\overline{CCCCXX}$ Div. $CCCXXX$ Dimens.[1]) qua de re ambigi neqnit. in universum sane una ut longitudinis ita latitudinis mensura contentus erat Agrippa. in Italia autem tanta praesertim diversitate latitndinis plus unam eum posuisse facile intellegitur. restant enim duae mensurae quae ad mediam Italiam pertinent, maxime illae quidem vicinae, minime dissimiles. altera orditur ab ostio Aterni amnis, tangit fere urbem Romam, petit ostia Tiberina: $\overline{CXXXVI}$, altera panlo minor est a Castro Novo Hadriatici maris Alsium ad Tuscum aequor. Detlefsenus autem quod p. 5 ad angustias paeninsulae illas mensuras pertinere contendit, vehementer errat. multis enim locis angustior mensura duci poterat. neque ulla re propterea illa loca esse electa indicatum est. iam vero cur ibi potissimum mensuras dnxerint si quaerimns, altera mensura Romam capnt Italiae atque imperii tangi apparet. accedit quod regionum fines inter se coniunguntur, Tiberis ostium et Aterni. qnamquam hoc non presserim. nam quo tempore regiones institutae sint non scimus[2]). hanc igitur Agrippae mensuram esse vindicandam per se probabile est. quid? Dimens. 14 nonne linea per urbem Romam ducta Italiae partes segregantur? ac latitudo alterius partis licet numerus misere corruptus sit, tamen a $\overline{CXXXVI}$ non plane aliena est: $\overline{CCXXIIII}$. sed actam rem esse concesseris, ubi quo altera mensura spectet, comprobatnm erit. ea autem tam vicina est tamque similis, ut ad enndem auctorem referri nequeat. neqne enim ratio perspicitur, cur unus bis idem fere dixerit. sed ubi lineam Castro Novo Alsium perducimus, ea lacum Cutiliae ita tangi cognoscitur, ut ad utrumqne mare aequum sit spatium. eum autem umbilicnm[3]) Italiae Varro censet 3, 109. huic igitur alteram mensuram tribuendam esse tibi facile persuaseris. accedit quod Tuscum aequor Varronem indicat, inferum et superum in altera mensura Agrippam[4]). sane sequens mensura ad ipsam tantum

---

[1]) Dicuil 1, 10 $\overline{CCCCX}$, contra 1, 8 $\overline{CCCCXX}$.

[2]) quamquam cur Aterni ostium electum sit, aliam rationem non video, nisi quod eo regiones disterminabantur.

[3]) de notione nmbilici cf. Serv. Aen. 7, 563 *sciendum sane Varronem enumerare quot loca in Italia sint huiusmodi.* Paus. 2, 13, 7 de Omphalo oppido Peloponnesi. ex his locis perspicitur umbilicos dictos esse loca pari spatio a duobus maribus distantia.

[4]) cf. Oehmichenus, *Plin. Stud.* 1880 p. 45.

Italiam Gallia Cisalpina seclnsa pertinet: *haud ullo in loco* $\overline{CC}$ *latitudinem excedens.* at diserte de media Italia agitur[1]). quam mensnram generalem quia artins cum Varroniana quam cum Agrippea cohaeret, ad illum referendam esse iudico, etiam propterea qnod huius tam incertis numeris spatia indicare nihil intererat. adde quod mensuras simillimis verbis conceptas ab eo alienas esse snpra cognovimns[2]): 4, 58 *latitudine nusquam* $\overline{L}$ *excedens,* 4, 63 *nusquam latitudinem ultra* $\overline{XL}$ *extendit.* quas mensuras si recte distribuimus, cur Plinius Agrippae mensuras ad numerum adferat, Varronis indicet tantum, optime intellegitur. nam ille eum Italiae ambitum emensus erat, qui Plini quoque aetate valebat. quamobrem hoc quidem loco primariae sunt mensurae Agrippeae, sed in universum recto talo stat nihilo minus, Agrippea ad alius scriptoris descriptionem esse adiuncta.

iam ad singulas ambitus mensuras transeamus. sed certum indicinm per se de singulis nequit ferri. ideo non orae tractum sequemur, sed ab ea mensura proficiscemur, quae certo auctori tribnitur.

supra antem Detlefseni rationem improbavimus, qui prorsus abiecta ea mensura, quae diserte Agrippae vindicatur, ex reliqnis unam quodammodo catenam effinxit atque eam qnamvis non ad Arsiam usque currat, quamvis historiae rationes aperte habeantur in divisione[3]), denique qnamvis sinus illi Varroniani respiciantur, Agrippae tribnendam censet. qui ut quod gravissimum est urgueamns, oppidi Locrorum rationem omnino non habuit. Lacinium enim *a Caulone abesse* $\overline{LXX}$ *prodit* 3, 96. at si Detlefsenns recte ad eundem rettulisset alteram frontis Italiae mensuram[4]) — id qnod vel propter illud *plerique* parum probabile est —, a Caulone ad Locros $\overline{V}$ p. Agrippa computasset. id quod sensn plane destitutum est. at illa $\overline{LXXV}$ procul dubio a Graeco quodam auctore prolata sunt; respondent enim 600 stadiis[5]).

cum illa autem mensura quae Varroni attribuitur[6]), arte cohaeret ea qnae exstat 3, 74 *absunt* (Locri) *a Silero* $\overline{CCCIII}$ instoque illa loco

---

[1]) improbo igitur Detlefseni 1901 p. 7 adn. 1 coniecturam *mediae*, qua obscuratur sententia. neque enim *latitudo*, sed *Italia* ennntiati snbiectum est propter ultima verba: *haud ullo in loco* $\overline{CC}$ *excedens.*

[2]) cf. p. 58sq.

[3]) cf. potissimum 3, 56.

[4]) 3, 95 *plerique* $\overline{LXXV}$ *fecere.*

[5]) cogitaveris de Polybio. at hic a Porthmo usque ad Lacinium 1300 stadia compntavit (Strab. 261 = Polyb. 34, 11, 10). cum vero spatium a Locris ad Lacinium maius esse debeat quam altera pars a Porthmo ad Locros, Polybius illud mains quam 600 accipere debuit.

[6]) 3, 95 *a Locris frons Italiae incipit . . . patet* $\overline{LXXXVI}$, *ut auctor est Varro.*

apparet. quae mensura ad Varronianam divisionem refertur, quo neglectis Regio Bruttioque promunturio — quae loca in Agrippea dimensuratione valuisse videntur[1]) — Locris primus Europae sinus includitur. nec minus arte cum descriptione orae conexa est ea mensura qua a Surrentino[2]) ad Silerum amnem $\overline{XXX}$ p. computantur 3, 70. deinde ad promunturium Surrentinum sive Minervae pertinet mensura 3, 62: *navigatio a Cerceis* $\overline{II}$ *de* $\overline{LXX}$ *patet.* cur vero hic maritimum iter indicetur, in propatulo est: Domitianus enim anno demum p. Chr. 95 viam praeter Campaniae oram aperuit[3]). Cerceis autem mensuras terminari eo magis notandum est, quod in historica quoque ut ita dicam Italiae divisione hic incidebatur. usque eo enim Latium pertinebat antiquum, quam divisionem Plinius in orae descriptione secutus est: 3, 56 *Latium antiquum a Tiberi Cerceios servatum est m. p. L longitudine.* has igitur mensuras et inter se et cum periegesi artissime coniunctas esse apparet. restant autem duae: 3, 51 *Tiberis amnis a Macra* $\overline{CCLXXXIIII}$ *p.* et 3, 49 *patet ora Liguriae inter amnes Varum et Macram* $\overline{CCXI}$ *p.* e quibus prior quod a Tiberi incipit non necessario ad regionum finis spectat, quarum toto periplo ratio non habetur. nam Tiberi iam ante Augustum Latium ab Etruria disiungebatur. in regiones autem Augustus Italiam discripsit, quamobrem earum inter Augustea mentio fit. neque igitur quicquam videtur obstare, quominus Etruriae mensuram cum reliquis coniungamus. sed difficilior est quaestio de altero fine illius mensurae, qui Macra fluvio circumscribitur. Mela enim qui oppidis quam fluviis terras finire maluit, Lunam Liguriae adscripsit: 2, 72. id vero oppidum in orientali Macrae ripa situm est. tamen haec non omnino diversa sunt. nam si quis oppido Luna Etruriae Liguriaeque finis significavit, is qui eum mutato ordine exscripsit[4]), Lunam etiam ad Liguriam referre potuit. sicut Mela 2, 57 Illyricum finit oppido Tergesti neglecto fluvio Formione[5]). cf. etiam similem de Nicaea differentiam: Plin. 3, 47 Mela 2, 76. sed utut hoc sese habet, Macram non necessario ad regionum terminos referri ex Strab. 222 elucet: *μεταξὺ δὲ Λούνης καὶ Πίσης ὁ Μάκρας ἐστὶ χωρίον ᾧ πέρατι τῆς Τυρρηνίας καὶ τῆς Λιγυστικῆς κέχρηνται τῶν*

[1]) cf. 3, 43 *Regium oppidum in umero eius* (Italiae) *situm, a quo veluti cervicis incipit flexus.*

[2]) respicit haec vox ad 3, 62 *Surrentum cum promunturio Minervae* eqs. quae vero interposita sunt ea aut a descriptione orae aliena et a Plinio hic interposita aut omnino non Varronis sunt.

[3]) Dio Cass. 57, 14, 1 Stat. Silv. 4, 3.

[4]) cf. supra p. 80sq.

[5]) cf. supra p. 72.

συγγραφέων πολλοί. quae quamquam usque ad desperationem corrupta sunt — neque enim Macra *χωρίον* est —, tamen Macra iam ante Augustam Liguriam Etruriamque terminari solitas videmus. dein nullo modo mensura Liguriae cum eis conexa est, quae de regionibus Augusti Plinius exposuit. immo si quid sentio, postquam primum § 50 enuntiatum auctor conscripsit, mensura est addita: cohaerent enim sequentia *adnectitur septima* eqs. cum eis quae mensurae antecedunt. unde videtur effici posse, ut eius primum Plinius oblitus sit aut eam ponere noluerit, deinde ubi iam ad aliam regionem transiit, id quod omiserat supplevit[1]). atque cum hinc primum mensuras speciales adscripturus fuerit, facile Plinius habet excusationem. nam eas in periegesi etiam de reliquis terris notatas fuisse ex reliquiis perspicitur quae exstant e. g. 3, 22. 76 *totidem Dianium per continentem a Carthagine nova.* 6, 207. nec tamen inde quod mensura cum contextu male cohaeret, velim concludi eam Agrippae esse tribuendam. id quod ipsis verbis cautum est. illius enim mensuras ubicumque diserte refert Plinius, eius sermonem tenuem atque exilem fere retinet. iam vero cf. quaeso 3, 96 *frons Italiae . . patet* $\overline{XLXXVI}$ *ut auctor est Varro.* 3, 62 *navigatio a Cerceis* $\overline{II}$ *de* $\overline{LXXX}$ *patet.* itaque quamquam certum iudicium ferri non posse concedo, tamen verisimilius iudico, Varroni quam Agrippae hanc quoque mensuram deberi.

age igitur comprehendamus. in continua illa serie qua Italiae latus occidentale computatur una Varroni mensura tribuitur. cuius nomen ibi potissimum exstat, quod altera eiusdem spatii mensura aliorum auctoritate adfertur, ita ut fere necessario is significatus sit quem Plinius sequitur. in reliquis autem cum nemo discrepet, nomen non desideramus. Agrippae autem ullam esse nulla re indicatur.

iam alterum Italiae latus adgrediamur. 3, 99 sinus Tarentini ambitus ad $\overline{CCL}$ computatur. sequuntur singulae mensurae:

$\overline{CXXXVI}$ a Lacinio Tarentum	136
$\overline{LXXV}$[2]) a Tarento Callipolim	75
$\overline{XXXIII}$ inde ad Acran Iapygiam . . .	33

quae summa non $\overline{CCL}$ m. p. facit, sed $\overline{CCXLIV}$. itaque nisi numeros corrigere volumus, id quod non facili opera fit, sinus circuitum ad rotundum ut aiunt numerum redactum esse statuendum est. idem apud Agrippam quoque factum est. nam Strabo 261 testatur: *αὐτὸς δ' ὁ*

[1]) similiter res se habet 4, 26 ubi de pristinis Boeotiae incolis non ante terrae eius descriptionem ut solet, sed ea confecta Plinius agit; nisi forte inversi ordinis de quo infra dispntabimus, hoc testimonium est.

[2]) $\overline{LXXXV}$ exhibet Martianus 650.

κόλπος ἔχει περίπλουν ἀξιόλογον μιλίων διακοσίων τετταράκοντα, ὡς ὁ χωρογράφος φησί. sed merae libidinis est huic numero addere <τεσσάρων>, sicut Detlefsenus[1]) proposuit. qua re accuratus inter χωρογράφον et Plini mensuras speciales consensus existit. at non solvitur differentia inter generalem mensuram (CCL) et speciales. atque has ab Agrippa alienas esse eo ipso nomine Acrae Iapygiae concluserim 3, 100. nam ille Latino utitur nomine promunturi Sallentini. adde quod illa CCL nullo modo cum eo congruunt. itaque ea quam proposui, ratio mihi verisimilis admodum videtur. Agrippam autem eisdem mensuris specialibus usum esse quibus Varronem quidni concedam? nec ullo modo haec opinio per se a probabilitate abhorret et aliis exemplis firmatur. velut cum 4, 50 Agrippa idem spatium DCCXX computat, quod in periegesi DCCXI est 4, 46, utrumque itinerariis usum esse apparet. id quod de Agrippa extra dubitationem est Partschi merito[2]); de Varrone cur negemus non est.

dein procedunt 3, 100 mensurae ab Acra Iapygia: *ab eo* (promunturio) . . *Hydruntum decem et novem milia passuum,* 3, 101 *Brundisium L p. ab Hydrunte.* has mensuras Varroni deberi conicio propterea quod et optime cum ipsa Plini descriptione cohaerent et respicitur Hydruntum, quod oppidum plus uno nomine apud Varronem magni videtur fuisse momenti. nam ab eo currit mensura Varroniana Epirum versus L cf. 3, 45[3]) et ibi discrimen Ioui et Hadriatici maris est, cf. etiam 3, 150. hanc autem partitionem marium Varronianam esse cum Detlefseno[4]) consentio. duplici igitur ratione Hydruntum cum periegesi Varroniana coniunctum est.

postea rursus incipit mensura a promunturio Sallentino: 3, 103 *promunturium montis Gargani a Sallentino sive Iapygio CCXXXIIII am-*

[1]) 1901 p. 23.

[2]) *Die Beschreibung Europas* etc. passim.

[3]) cf. Oehmichenus 1880 p. 23. contra alteram traiectus mensuram ab eo alienam iudico: *Brundisium . . velut certiore transitu sic utique longiore, excipiente Illyrici urbe Durrachio CCXXV traiectu.* nam Varroni Durrachium non in Illyrico, sed in Macedonia situm est. ac ne hoc quidem videtur neglegendum hic formam ad latinam linguam accomodatam legi, 3, 145 bis in periegesi graecam: *Dyrrachium.* itaque diarma certe Agrippae est. ceterum numerus videtur C minuendus cl. Itin. marit. p. 497 Wess. p. 242 P.-P. *Brundisio Dyrrhachium computantur M stadia.* quae vero ante ipsam mensuram leguntur, haud scio an recte discrepare sentiam ab ea. neque enim scripserit: *velut certiore transitu sic utique longiore* is qui accurato numero eum definiturus est. accedit quod de securitate transitus Agrippa tabulam pictam propositurus vix quaesiverit. non plane similia sunt quae 6, 39 ex eo referuntur. Varroniana igitur ex Agrippa completa sunt.

[4]) cf. Hermes 21 (1886) p. 255 sq.

bitu Gargani. mira hic utitur loquacitate Plinius qui alias parcissimus est verborum. duplici enim nomine promunturium Iapygium significatur. quid est cur non in uno hoc nomine quod 3, 100 indicavit, Plinius acquieverit? accedit alterum. promunturium montis Gargani ne ipsum quidem sine abundantia dictum est. ne sim longus: duorum auctorum vestigia agnosco; alter enim promunturium illud a Iapygibus, alter a Sallentinis nuncupavit, alter Garganum montem dixit (cf. Mela 2, 65), alter promunturium. hinc illa duplicatio optime explicatur. cur vero auctorem neminem nominaverit Plinius, id quod ubi distant sententiae, saltem indicare solet, fortasse quaesiveris. hic autem sententiae congruere videntur. consentiunt enim egregie numeri Pliniani cum eo quem Strabo 285 chorographo tribuit, quod cum Riesium [1]) fugisset, recte a Partschio l. l. 44 monitus Schweder adnotavit [2]). nam si a mensura quae a promnnturio Sallentino currit ad Garganum subtrahimus spatium quod secundum Plininm intercedit inter Sallentinum et Brundisium, restant 165 m. p. quae mensura cum Strabone convenit: cf. 285 *φησὶ δ'ὁ χωρογράφος τὰ ἀπὸ τοῦ Βρεντεσίου μέχρι Γαργάνου μιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε.* eadem igitur dimensuratione Agrippam Varronemque usum esse cognoscimus. nnde vero nterque hauserit, indicat Strabo 285 *Πολύβιος δ'ἀπὸ Ἰαπυγίας μεμιλιάσθαι φησί.* exstabant igitur Romae certe earum viarum itineraria. quid? universe enndem fontem mensurarum nonne significat ipse Plinins 3, 16 *quae causa magnos errores computatione mensurae saepius parit, alibi mutato provinciarum modo, alibi itinerum auctis aut diminutis passibus?* nec mirum est ex eodem fonte Varronem Agrippamque hausisse, cum imperii dimensurationem ab Augusto non esse factam iam constet. contra quae sequitur mensura prorsus diversa est apud Strabonem et Plinium. hic enim Anconam a Gargano CLXXXIII abesse dicit, 3, 111; *ὁ χωρογράφος . . ἐντεῦθεν εἰς Ἀγκῶνα διακόσια πεντήκοντα τέτταρα μίλιά φησιν.* qui numeri nullo artificio coniungi possunt. itaque mensuras non easdem subesse censuerim. quae diversitas unde nata sit, ut perspici possit, itineraria comparemus. numeros vero Polybi [3]) cum minime cum Plinianis aut Agrippeis con-

[1]) Geogr. lat. min. 1879 p. 8 fin.

[2]) *Beiträge* III 1883 p. 18. cf. etiam Detlefsenus 1901 p. 23.

[3]) secundum Polybium a promunturio Iapygio usque ad Aquileiam DCCXL p. sunt. si vero Plini mensuras eo usque computamus DCLXXXII efficiuntur:

3, 103 a Sallentino ad Garganum . . .	234	m. p.
3, 111 a Gargano Anconam	183	„ „
3, 115 ab Ancona Ravennam	105	„ „
3, 127 a Ravenna ad Formionem . . .	189	„ „
quae summa facit	711	m. p.

gruant missos faciamus. tabula vero Peutingerana fere totum iter suppeditat.

Prom. Sall. Hydruntum	19	m. p.
Hydrunto Luppiano	25	„ „
Luppia Balentium	15	„ „
inde Brnudisium	10	„ „
convenit igitur cum Plinio	69	m. p.

a Brundisio autem ubi 165 m. p. progredimus secuudum eandem tabulam Ergitium pervenimus, quod oppidum sub monte Gargano situm est. itaque a Salleutino usque ad eum montem 234 m. p. potuit computari. deinde Ergitio Anconam paulo plus 195 m. p. qui numerus a Pliniano (183 m. p.) non ita longe abest[1]). itaqne periegeseos auctorem vias secutum esse contendo. Agrippa autem ut orae longitudinem accuratius definiret, ambitum montis Gargani addidit, vias reliquit. at in priore mensura cum Varrone consentit, nonne propterea eam Ergitium usque duxit? id quod mihi parum verisimile est. videtur euim Siponti[2]) a via recessisse, ut oram legeret usque ad eum locum quo mons Garganus longissime in mare excurrit. quod spatium idem est quod Siponto Ergitium. iam videmus quid sibi velit illud *ambitu Gargani* 3, 103. quod ut a Varroniaua meusura alienum est, ita ad Agrippeam optime quadrare videtur. tunc etiam quid promunturium Gargani sit intellegitur. qua explicatione quamquam Plinius imprudentiae insimulatur, ea tamen longe praestare videtur ratione Partschiana[3]) qui ut numerum Plinianum ad Agrippam referre liceret, Strabonem mensuram priorem[4]) bis posuisse coniecit eundemque semel pro *ΣΛΔ* quod debuit, *ΣΝΔ* scripsisse per errorem. plus una igitur coniectura quae per se probabilitatem habet nullam, quaestionem solvere conatur. accedit quod eius explicatione probata concludendum est Straboni non Agrippae opus ipsum, sed in graecam translatum praesto fuisse. nam si latine illos uumeros scripseris, similitudo nulla est. id quod plane abhorret

unde snbtrahendae mensurae hae

3,127 Formio . . Tergeste	6	m. p.
Tergeste . . Aquileia	23	„ „

nam *XXIII* (non ut codd. *XXXIII*) seonndnm Strab. 215 fin. (180 stadia) emendandnm, of. Itin. Anton. p. 129 P.-P.: 24 m. p. evadit igitur summa 682 m. p. unde breviores vias hoo tractu posteriore aetate factas esse apparet.

[1]) aliquanto minorem exhibet Artemidorus (Strab. 285): 1250 stad. 156,25 m. p.

[2]) Sipontum autem in Tab. Peut. quoque tangitnr.

[3]) l. l. p. 44.

[4]) ac ne eam quidem quam Strabo profert Brundisio ad Garganum, sed eo a Sallentino.

a specie veritatis. denique cur Plinius duplici ratione loca significasset, Partschius ne quaesivit quidem. coniunxit igitur, si me sequeris, Plinius hic quoque cum Varrone Agrippam.

sequuntur mensurae hae:

3, 115 *Ravenna . . ab Ancona* $\overline{CV}$[1]) p.

3, 127 *Formio amnis ab Ravenna* $\overline{CLXXXVIIII}$ *anticus auctae Italiae terminus.*

id ipsum quod mensurae hoc fine desinunt nec ultra producuntur usque ad Arsiam, quo Agrippa Italiam finivit, indicio esse potest mensuras ab hoc esse alieuas. cum Varronianis vero optime congruunt.

iam circumivimus Italiam eiusque mensuras a Plinio prolatas contemplati sumus. nullam autem ex eis necessario ad Agrippam referendam esse coguovimus, plus unam ab eo abiudicandam. contra una ex eis disertis verbis Varroni attribuitur, reliquae cum eadem optime coniunguntur. alium vero auctorem respici non oportere in Italia quivis concedet[2]). quid igitur haesitamus cum Oehmicheno omnes uni Varroni addicere?

restat ut summam computemus eamque cum summa Agrippae probata comparemus. quo officio eo minus deesse licet, quod Partschius ambitum Agrippeum cum singulis mensuris optime convenire coutendit. sed quam lubrico fuudamento eius computatio fulciatur, ab Oehmicheno luculenter demoustratum est[3]).

numeri autem quos Varronianos censuimus, efficiunt summam 1997 m. p. a Varo ad Formionem. contra Agrippa Italiae ambitum usque ad Arsiam computavit 2049 m. p.[4]) addendum est igitur minimum ad priorem summam, ut cum Agrippea possit comparari, id spatium quo Pola distat a Formione: 105—6 m. p. i. 99 m. p., item quo Arsia a Pola. hoc Plinius omnino non tradidit, ita ut vel inde appareat eum mensuras non ex Agrippa petiisse, sed eius commeutarios obiter solum comparasse. mensuram autem ab Arsia Polam infra coniectando invenire conabimur. sed nihilo secius clare perspicitur Varronis summam sic quoque maiorem futuram esse quam Agrippae. minorem vero huius esse mensuram eo minus mirum est quod videtur minores numeros ele-

---

[1]) 112 m. p. sec. Tab. Peut.

[2]) nam Nepos cum asseclis suis, qui in Gallia Cisalpina adhibitus est, hac ipsa re excluditur. diversa enim indoles illius descriptionis a reliqua.

[3]) *Plin. Stud.* 1880 p. 27.

[4]) de hoc numero dubitari fere non fas est. nam et Martianus 640 eundem praebet et Solini 2, 23 codices lenem tantum eiusdem corruptelam, quam Mommsenus removit.

gisse consulto, cf. quae supra de Tarentini sinus circuitu disputavimus, et terrestres potissimum mensuras contraxit, maritimas prolixius computavit. Detlefsenus[1]) vero adhibita Agrippea mensura quae 3, 150 traditur sinus Italiae et Illyrici, ambitus mensuras examinare conatus est. sed eum a falso exordio sinum coepisse supra demonstravimus; unde eius ratio quoque cecidit.

iam necesse est de Histriae quoque mensuris agamus. quas quod complures 3, 129 Plinius protulit, minime miramur in tanta diversitate auctorum. nam cum aliis temporibus ea terra aliter circumscripta esset, non dubium est quin diversissimae apud auctores extiterint mensnrae. eas autem distribuere quantum cum probabilitate quadam fieri potest, iam nostrum est. ac *latitudinem eius* $\overline{XL}$, *circuitum* $\overline{CXXV}$ *prodidere quidam*. quas mensuras propter pronomen *quidam* ab Agrippa abiudicavit Detlefsenus[2]). at ego vel propter ipsum pronomen *quidam* ei tribuerim. eo enim pronomine sicut alii[3]) ita Plinius unum auctorem eumqne sibi perbene notum atqne gravem significare solet, velut Agrippam e. g. 4, 50 cf. Riese, geogr. lat. min. 1878 p. 7. prodendi etiam verbum de nullo saepius quam de Agrippa adhibet Plinius. restat argumentum gravissimnm: circuitus enim Histriae quo currat, videas quaeso. circnitu autem oram legi iu propatulo est. ac mensuram 3, 129 (Pola) *abest a Tergeste* $\overline{CV}$ per oram ductam esse eo probatur quod terrestri itinere paulo minus $\overline{LXXX}$ intersunt[4]). a Formione igitur ad Polam spatium $\overline{IC}$ est. restant $\overline{XXVI}$, quibus mensura commodo usqne ad Arsiam ducitur. nam directo cursu ea efficit $\overline{XIV}$[5]), contra si oram legas, aliqnanto plus. itaque illa $\overline{CXXV}$ a Formione usque ad Arsiam pertineut, unde eam mensuram Agrippeam esse elucet. tum longitudinem Histriae qnod non exscripserit Plinius, fortasse mirabere. at eam apud Agrippam omnino non positam fuisse arbitror. ea enim via quae a Tergeste Polam fert, a Vespasiano anno demum 78 p. strata est.

dein cum eis mensuris[6]) quas Agrippae vindicavimus, sequentia

[1]) 1901 p. 22. rem plane turbaverat idem Hermes 21 (1886) p. 247sq.

[2]) 1901 p. 22.

[3]) cf. e. g. Nissenus, *kritische Untersuchungen über die Quellen der 4. und 5. Dekade des Livius* 1863 p. 47.

[4]) de numero fere constat. nam $\overline{LXXVII}$ Itin. Anton. p. 270, $\overline{LXXVIII}$ Tab. Peut. exhibet.

[5]) sec. Tab. Peut.

[6]) mensurae Agrippae sicut in Italiae longitudine et latitudine (3, 44) primo loco commemorantur propterea quod is eam divisionem secutus est, quae Plini quoque aetate viguit.

verba 3, 129 *item adhaerentis Liburniae et Flanatici sinus* grammatica ratione coniuncta sunt. accedit quod Histriae fines secundum Agrippam eis constituitur. nec igitur est cur ab eo avellantur. qui vero $\overline{CCXXV}$ circnitum Histriae definierunt, ei Arsiae neglecto totam paeninsulam comprehenderunt. itaque antiquiori auctori haec tribuenda sunt. Varronis ea esse vix negabis[1]). tnm eidem qui Histriam $\overline{CCXXV}$, Liburniam $\overline{CLXXX}$ computaverunt. nam prius *alii* respondet priori mensurae Agrippae quae ad Histriae circuitum pertinet, posterins *alii* eiusdem mensurae quae ad Liburniam et Flanaticum sinum. *nonnulli* vero *in Flanaticum sinum Iapudiam promovere a tergo Histriae* $\overline{CXXX}$, *dein Liburniam* $\overline{CL}$ *fecere*. hi numeri non conveniunt cum prioribus. a tergo enim Histriae, h. e. ab Histriae veteris fine orientali Iapudia nsque ad Tedanium fluvium extenditur in periegesi 3, 140, qui hand longe abest ab Iader. Liburnia autem flumine Tityo terminatur, qui ab Iader abest 30 + 18 m. p.[2]) itaque qui Iapudiam promovent ultra Histriam $\overline{CXXX}$, ei non possunt facere Liburniam $\overline{CL}$. Iapndiae vero mensura optime convenit. sed quae restat ora a Tedanio ad Tityum, ea $\overline{CL}$ non recipit. ergo Liburniae mensura emendanda est. proinde abice $\overline{C}$, restant $\overline{L}$: iam omnia aperta sunt. accedit quod tunc Liburniae mensura 3, 129 proposita $\overline{CLXXX}$ optime cernitur in singulis Iapndiae $\overline{CXXX}$ et Liburniae minoris $\overline{L}$. quae cum ita sint, uni auctori tribuendas esse iudico mensuras Histriae $\overline{CCXXV}$, Liburniae $\overline{CLXXX}$ hniusque divisiones Iapndiae $\overline{CXXX}$ et Liburniae $\overline{L}$. cum vero his Histria paeninsula tota comprehendatur, ea ad Varronem optime quadrant. summi autem momenti est, quod orae descriptio eandem divisionem sequitnr quam Varroni vindicamus. ab Agrippa igitur aliena est. denique Tuditani fragmentum quis Plinio praebuerit nescio. potuit sane fieri ut apud Varronem legeret, potuit casu inventum ipse addere. qnamquam illo magis animus inclinat, praesertim cnm Tuditani nomen inter auctores libri III desideretur. sed data occasione librariorum in eodem errorem emendare liceat. neque enim illa stadia M citra suspicionem mihi sunt. nam computa quaeso viam:

ab Aquileia Tergeste	23 m. p.
inde Formio	6 m. p.
Histriae latitudo	40 m. p.
Iapudiae et Liburniae	180 m. p.

[1]) *alii* ad Varronem spectat sicut 4, 45 *ab Histri ostio ad os Ponti passuum* $\overline{D}$ *alii fecere* cl. 4, 78.

[2]) ibid.

unde apparet circiter $\overline{CCL}$ ab Aquileia ad Tityum esse. scripserit igitur Tuditanus *MM*[1]).

Varronis Agrippaeque descriptiones a Plinio esse coniunctas plus semel vidimus. exoritur igitur quaestio an etiam aliis locis aut iterationibus aut discrepantiis duos subesse auctores indicetur.

ac sane talia inveniuntur. nam Oxubii et Deciates 3, 35 inter Galliae Narbonensis populos commemorantur, contra 3, 47 ubi de gente Ligurum agitur, repetuntur iidem: *Ligurum celeberrimi ultra Alpes Sallui*[2]) *Deciates Oxubi,* in Galliae autem descriptione, ubi quam maxime necessarium fuit, non indicatur Oxubios Deciatesque Ligures esse, non Gallos. itaque hoc loco historiae et ethnographiae nulla cura est, hoc loco eos ex Agrippa sumptos conieceris, 3, 47 ex Varrone.

similiter 3, 143 et 145 Partheni, 3, 144 et 145 promunturium Nymphaeum binis locis apparent. quae repetitio inde explicatur quod Illyricum ab Agrippa usque ad promunturium Acroceraunium producitur (cf. 3, 150), Varro secundum liberae reipublicae statum a Lisso Macedoniam incipit. atque Illyricum 3, 150 formam Agrippae probatam invenimus. itaque 3, 139 suspicio nascitur huius auctoritate Plininm scripsisse verba: *nunc totum uno nomine Illyricum vocatur generatim.* nec enim in descriptione id nomen commemoratur. in eadem Arsia fluvius plane neglegitur 3, 140 *cetero per oram a Nesactio Alvona* etc. tertio quoque loco nomen Illyrici in Agrippeis legitur. 3, 101 enim verba *excipiente Illyrici urbe Durrachio* $\overline{CXXV}$ *traiectu* quae cur Agrippea censeam, supra scriptum est[3]). tum contemplemur locum 3, 45 ubi inter diarmata quos Oehmichenum secuti Varroni tribuimus: (Italia) *abest . . ab Epiro et Illyrico quinquaginta* (milia). quod spatium hic intellegendum sit, luce est clarius cl. 3, 100: Hydrunte enim Apolloniam $\overline{L}$ computantur. ab ea autem parte orae quae a Lisso ad septentriones spectat, nusquam Italia $\overline{L}$ abest. itaque Plini manum emendatricem agnoscimus, qui ut consensus quidam fieret inter Varroniana et Agrippea *et Illyrici* adscripsit, non ut aliud iter intellegeretur. nec non 3, 92 duplicatione peccatum est. nam quod legitur: *a Solunti* $\overline{LXXV}$ *Osteodes contraque Paropinos Ustica,* bis idem dicitur. alterum graecum, alterum latinum nomen est eiusdem insulae. quam antiqui geographi propius ad Liparaeas insulas videntur admovisse. nam revera potius contra Panormum sita est. Paropinos autem prope Thermas Himeraeas sedes habuisse ex Polybio 1, 24, 4 cognoscitur.

[1]) eadem est sententia Mülleri ad Ptol. 2, 16, 2.

[2]) cf. 3, 36 (inter Augustea) *oppida latina Aquae Sextiae Salluviorum.*

[3]) p. 117 adn. 3.

tum Hispaniam partim in duas provincias antiquiore more, partim in tres dividi apud Plinium supra p. 66 vidimus. hanc partitionem ab Agrippa esse probatam ibidem exposuimus. porro in Sicilia describenda a Plinio Varroniana et Agrippea conglutinata esse demonstravimus p. 54sq. sed luculentissimum contaminationis exemplum Peloponnesi praebet descriptio. hic quod maria diversa eam alluere dicuntur 4, 9 et 4, 19 non ita presserim. quamquam ne hoc quidem plane spernendum, propterea quod Ionium mare 4, 9 amplius extendi videtur quam 4, 19. sed de maribus alia occasione videamus. fines terrarum non conveniunt cum ipsa descriptione. nam 4, 16 a Taenaro incipitur ager Laconicus et Malea includitur. at Pherae Leuctra Cardamyle Anthea Thyrea Gerania oppida extra eos fines sita sunt. itaque non ex eodem fonte ducta sunt, unde fines. quibus ex oppidis Schweder[1]) Anthiam Thyream Pheras solum Augusto imperante sub dicione Laconum fuisse demonstravit. quae cum ita sint, vix dubium est quin Agrippam auctorem illa nomina prae se ferant. artiores igitur fines ab eo alieni sunt.

itaque a Plinio Varronem Agrippamque iuxta adhibitos esse perspeximus. iam quaeritur cuius ordinem secutus sit. atque Agrippa quo ordine in describendis Europae terris processerit, inde licet concludere, quod ab Hispania exordium cepit. hunc igitur in dispositione ex parte saltem Plinius secutus est. contra unde Varro coeperit, qua directione oram legerit, restat inquirendum. cum vero diversis libris Italiam reliquamque Europam ab eo tractatam esse verisimile sit, de utraque speciatim videamus. de Italia autem feliciter accidit ut ipsius fragmento uti possimus, quod servatum est apud Probum p. 326 Hagen[2]): *huius autem fluminis apud quod purgatus est Orestes Varro meminit Humanarum XI sic: iuxta Rhegium fluvii sunt continui septem* eqs. iam cum portus Orestis cum eadem fabula coniunctus septentriones versus situs sit, fluvios quoque ad eam directionem spectare probabile est. itaque Varro Italiae oram sic videtur legisse, ut a Rhegio ad septentriones procederet. ex inverso autem ordine in Italiae descriptione haud semel error natus est. iam vero cum eiusdem generis lapsus in reliqua quoque Europae meridianae ora inveniantur, admodum probabile est eos eadem ratione explicandos. nam Agrippam eodem quo Plinium tractu processisse si concedes, aliter errores oriri non potuerunt. ac ne potuit quidem Plinius Varronianum cursum retinere, si quidem hic

[1]) *Beiträge* III 1883 p. 34 Philologus 46 (1888) p. 276.

[2]) desideratur apud Mirschium, *de Varronis antiquitatum rerum humanarum libris XXV.* Leipz. Stud. V (1882) p. 1sq.

Italiam seorsim tractaverat. quamobrem ubicumque in enarratione Europae error factus est mutato ordine, Varronis vestigia agnoscimus. hoc optimo iure fieri eo potissimum comprobatur, quod in ea parte qua Plini ordo cum Varroniano consentit, in hunc modum erratum non est, nempe ab Histri ostio usque ad Hellespontum, quo tractu Plinius ne regionis eius descriptio divelleretur[1]), ordinem diversum a reliquo secutus est.

breviter igitur exempla compono: 3, 7 oppidum Ossonoba falso loco commemoratur; situm est enim in Lusitania. apud Plinium autem Baeticae adscribitur, ripis Anae fluvii commutatis. errorem vero scriptori tribuendum esse, non librariis — nam facile quis Onobam coniecerit —, eo apparet quod 3, 10 Onuba nominatur. de re cf. Mela 3, 7 Ptol. 2, 5, 3. ex hoc errore nonne sequitur, ut in Plini fonte, Lusitania et Baetica simodo fuere discriptae, non graviter incisum fuerit?

deinde 3, 8 ab Ana Bastuli Turduli habitare dicuntur. perperam, nam propius Turdulorum sedes absunt ab eo flumine. Varronem igitur haec fere dixisse censeo: *Bastuli et Turduli usque ad Anam habitant.* atque haec apud Varronem scripta esse videntur, antequam ad Gades pervenit. Plinius autem contrarium Varronis ordinem neglegenter retinuit; cf. Mela 3, 3. iam vero ea quae 3, 30 de metallis referuntur, tum apud Melam 2, 86 tum apud Solinum 23, 1 initio descriptionis inveniuntur. quo loco talia collocari solent apud Plinium quoque cf. 3, 31. 40sq. ibidem de Pyrenaei promunturiis verba fiunt. at iam 3, 22 *ab eo* (flumine Ticere) *Pyrenaea Venus in latere promunturi altero* $\overline{XL}$ exstat, ubi nescitur quod promunturium dicatur.

in Italia quoque alio atque Varronem Plinium tractu oram legere iam Oehmichenus acute perspexit[2]). nam 3, 70 perperam Plinius: *intus oppidum Salerni, Picentia.* in fonte nimirum legebantur: *intus Picentia, oppidum Salerni.* quo factum est ut adverbium falso Plinius ad utrumque nomen referret. unde cognoscitur in universum non loquaciorem fuisse chorographiam Varronis quam Plinianam. sed etiam quantopere libris nitatur Plini doctrina, perspicue apparet. unum errorem 3, 70 detexit Oehmichenus, alterum omisit nec tamen minus apertum. Iunonis enim Argivae templum ab Iasone conditum ante Silerum commemoratur. at meridianam ripam occupasse τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν τῆς Ἀργείας Strabo 252 testatur. quod aliud templum esse[3]), aegre mihi persuadeo. epitheton autem sive Plini sive Varronis culpa — sed

[1]) cf. Div. orb. 13 *Macedonia Thracia Hellespontus et pars sinisterior Ponti.*
[2]) *Plin. Stud.* 1880 p. 51.
[3]) quae est sententia Iesseni Pauly-Wissowa II 770.

illnd ntique probabilius — in *Argivae* cognomen abiit. quid enim Iasoni cnm Argis?

porro de Blanda et Lao flumine (3, 72) ibidem Oebmicbenus egit. sed 3, 62 similiter peccatum esse mibi persnasum est. nam Sirenum petrae a Plinio confunduntur cum promunturio Minervae. at sitae sunt in sinu Paestano, ubi hodie quoque visuntur. recte vero Mela 2, 69 *Petrae quas Sirenes habitarunt, Minervae promunturium.* haec vel similia si in Plini fonte fuisse statnimus, facile error explicatur[1]).

tum de 3, 81 supra[2]) egimus, quae hic repetere nolo. 3, 100 commemoratur *Uria cui cognomen <ad discrimen>*[3]) *Apulae Messapia*: in priore nndum nomen ponere licuit, in altero accuratius definiendum fuit: at 3, 103 *Uria* Apula nude dicta est[4]). 3, 133 populi contrario ordine a Pola ad Tergestis regionem enumerantur. 3, 145 montes Candaviae a Dyrrachio metitur Plinius: at Dyrrachium ipsnm postea demum commemoratum est. spissescunt deinde errores in Graeciae descriptione: 4, 4 Buthrotum falso post flumen Thyamin oppidumque Cestriam exstat nec fluvius Acheron recte in Ambracium sinum deferri dicitur. quae haud scio an similiter explicare liceat. item Anactorium perperam a Plinio ad Epirum refertur: nimirum ab altera parte adveniens Varro Anactorium in sinus Ambracii fancibus collocaverat, deinde oppida in eius ora reliqua ennmeraverat.

dein 4, 5 velim consideres: *egressos sinu Ambracio in Ionium excipit Leucadium litus, promunturium Leucates, dein sinus et Leucadia ipsa paeninsula quondam Neretis appellata.* bic pronomen *ipsa* Plini errorem prodit. nam Leucadia paeninsnla iam egressum sinu excepit. inverte ordinem: omnia manifesta sunt.

nec minus converso tractu explicatnr quod Aracynthus Acarnaniae adscribitur 4, 6: in fonte ante amnem Acheloum eins mentio facta erat. subsequitur 4, 7 tnrbati ordinis vestigium: *ultra Cirraei Phocidos campi, oppidum Cirra, portus Chalaeon*: quibus in verbis portus ille Plinio ante Ciraeos campos enumerandus fuit.

in nniversum autem in Graeciae oppidis maximae turbae sunt factae. tamen cum sciri non possit utrum inverso ordine an duarum descrip-

---

[1]) tamen nolim silentio praetermittere Plini codices variare. nam *sedes* non *sede* R^2 F^2 exhibent (*sedis* R^1). quae lectio cl. Stat. Silv. 2, 2, 1 defendi potest.

[2]) cf. p. 75sq.

[3]) Cluveri supplementnm recte comprobat Nissenus, *Ital. Landeskunde* II 2. 1902 p. 875.

[4]) cf. 4, 14 *Leprium*; 4, 20 *Lepreon Arcadiae.* Elin in fonte ante mediterranea tractatam fuisse in propatulo est.

tionum contaminatione natae sint, — hoc fere mihi probatur —, nunc de eis disputare non attinet. tamen certa mutati tractus vestigia videntur exstare: maria enim quae Peloponnesum lancinant, non suo loco apparent. nam 4, 9 *in eo loco*[1]) *inrumpentia e diverso quae dicta sunt maria*[2]) *a septentrione et exortu eius omnem ibi latitudinem vorant* eqs. haec manifesto coartata sunt ex ampliore de maribus expositione quae 4, 19 legitur. quid? quod 4, 9 priore loco Aegaeum, altero Ionium nominatur. caeli vero plagae contrario ordine, nempe eo quo 4, 19 marinm nomina enumerantnr? tum 4,27 orae descriptio usque ad sinum Maliacum ducta est. pergitur: *Doris deinde* etc. in fonte autem postquam usque ad terram Malidem — cf. verba *Maliacus sinus ab incolis dictus* — processum erat, commode dicebatur: *Doris deinde* eqs., non commode inverso ordine.

manifestissimnm vero huius mutationis exemplum 4, 49 legitur: *et Hellespontus VII ut diximus stadiis Europam ab Asia dividens.* ubi *ut diximus* verba non recto talo stant. nusquam enim ante hunc locum de Hellesponti latitudine verba sunt facta. at cf. 4, 75 ubi multo accuratius illa regio describitur atque ipsa Varroniana illa imago apparet. diligentior autem descriptio in fonte utique primaria esse debnit, id quod ipsa locutione *ut diximus* egregie comprobatur.

tum 4, 15 maria diverso atque periegesis postulat, ordine enumerantur, cum Macedonicum ante Graeciense nuncupetur. latino vero auctori haec deberi per se patet, cf. etiam ibid. *Andrum navigantes ab Achaia.* marium igitur divisionem recte Varroni tribuit Detlefsenus[3]).

atque hactenus de continente. insulas in Plini fonte primario nna cum ipsa ora descriptas fuisse supra p. 75 sq. exposuimus. unde hic quoque errores translocatione facti ad propositum nostrum pertinent. velut quod 4, 55 legitur: *ab ea Ithaca XV distat* sensu prorsus destitutum est. nam pronomen ad Zacynthum insulam spectat. debebat autem referri ad Cephalleniam. dein conversum ordinem prae se ferunt insulae 4, 62 enumeratae: *at in Hellade etiamnum*[4]) *in Aegaeo Lichades Scarphia Corese Phocaea.* Lichades enim prope septentrionalem Euboeae oram sitae sunt, reliquae ante Atticam.

itaque per totam Europae meridionalis descriptionem illi errores currunt conversione ordinis effecti. quamobrem Varronis vestigia in

---

[1]) scil. in Isthmo.

[2]) paulo ante nominantur Aegaeum et Ionium.

[3]) Hermes 21 (1886) l. l.

[4]) hoc decet eum apud quem in fine descriptionis maris Aegaei eae insulae collocantur, non Plinium apud quem ultra quoque de Aegaei maris insulis agitur.

eadem nos recte indagasse consentaneum est. accedit quod singula quoque permulta ad eundem auctorem referre licet, id quod iam multis observatum est: cf. Reitzenstein, Hermes 20 (1885) p. 514—551, qui Festo potissimum collato Varroniana indagavit, Samter qui in quaestionibus Varronianis (diss. Berolini 1893) passim de Varrone et Plinio egit, Geffcken[1]) qui Timaei doctrinam per Varronem ad Romanos translatam esse docuit. ex quibus multa adeo cum ipsa terrae descriptione cohaerent, ut ab ea segregari nequeant. unum hic locum nolim praetermittere, cf. Plin. 4, 68 cum Solino 11, 80. nam Solinus postquam 4, 68 exscripsit et quaedam ex 4, 51 fin. admiscuit, pergit: *vult ergo Varro Icarum Creten ibi interisse naufragio et de exitu hominis inpositum nomen loco.* hic nonne ipsa particula *ergo* indicatur Solinum antecedentia quoque Varroni tribuere voluisse?

multa igitur suadere videntur, ut Varronem Plinio in Europa meridionali pro descriptionis fundamento fuisse statuamus: atque etiam si auctores in indicibus librorum III et IV nominatos examinamus, haec sententia stabilitur. nam Atacinum honoris tantum causa adlatum esse in librorum geographicorum indicibus, non quasi Plinius multa illi debeat, communis opinio est. Nepotis autem et T. Livi vestigia cum in eis partibus librorum III et IV inveniantur, quae a periegesi reliqua alienae sunt, ei extra quaestionem positi sunt. tum Hygini opus in solis Italicis urbibus versabatur. Melam denique Plini fontem primarium non esse apparet. restat L. Vetus de quo plane nil scimus. sed eum non largiter a Plinio consultum esse spondere ausim. nam Fabricius Tuscus in libris III et IV quidem adhibitus est, si indices sequimur, sed idem in V libri indice desideratur. exstant autem in eo libro multa quae eandem quam Europae meridionalis descriptio indolem prae se ferunt. Arruntius vero et Sebosus inter quarti libri fontis desiderantur. Mucianea autem postea inserta sunt. ac ne eum quidem auctorem quem Mela exscripsit, primarium Plini fontem fuisse subtili inquisitione docuimus ubi de Mela egimus. tria ex magno latinorum auctorum numero restant nomina: M. Varro, M. Agrippa, divus Augustus, quorum unus quisque patronum nanctus est. sed Augustea postea demum ab ipso Plinio addita sunt. itaque lis est inter Varronem et Agrippam. utrumque autem a Plinio ipso lectum esse atque Agrippae non tabulam, sed commentarios ei praesto fuisse in exordio operis exposuimus. utrique multa Plinium debere ne ego quidem eo infitias. tamen a Varrone eum esse profectum, non ab

[1]) *Timaios' Geographie des Westens*, Philol. Unters. XIII 1892.

Agrippa iudico. nam vide: praeter Italiam Histriamque ei adiacentem numquam Agrippea primo loco apparent, sed semper sicut rectissime iam Oehmichenus exposuit, ad aliam descriptionem adnexa sunt. ibi autem cur Plinius priore loco Agrippae sententiam respexerit, altero Varronis, vix est quod fusius exponam. id enim Agrippa Italiae spatium praebuit, quod Plini ipsius aetate valuit.

dein differentiae multae existunt inter Agrippeam terrarum divisionem et eam quae in periegesi observatur. velut Illyricum ab Agrippa usque ad Acroceraunium promuntnrium produci iam notavimus, in periegesi 3, 145 *a Lisso Macedonia provincia.* contra Agrippa Macedoniam *desertis Dardaniae* finivit: Dimens. prov. 11 Divis. orb. 13. ibidem fluvius qui in periegesi Drino nuncupatur, Dirinus est (cf. Dimens. prov. 18 *flumine Drino*). item in Hispania Plinius ab Agrippea divisione recessit. unde iam Detlefsenus periplum Varroni adscripsit[1]). quamquam quod Hispaniae descriptionem aliter comparatam dicit ac reliquarum terrarum, errat neque quibus rebus differrent, demonstravit. tamen ne Hispaniae quidem periegesin totam Varroni tribuere licet. nam ut oram septentrionalem nunc mittamus, ipsum illud de Barea Baeticae adscripta Agrippae vindicandum esse visum est, ac ne ea quidem quae de Hiberi fontibus 3, 21 leguntur universa Varronis esse possunt. deinde in Graecia quoque Agrippeam divisionem Plinius parum respexit. ille enim Epirum Achaiam Atticam Thessaliam comprehendit (Plin. 4, 32 Divis. orb. 12 Dimens. prov. 12): Achaiae provinciae praeter additamentum 4, 22 vix nomen indicatur, ratio in descriptione habetur nulla. tum 4, 91 Sarmatiae Scythiae Tauricae omnisque a Borysthene amne tractus mensuras Agrippa posuit. haec non minus quam 4, 80 Agrippea a periegesi aliena, in qua Sarmatae non nominantur. porro 4, 89 Germaniam cum Raetia et Norico Agrippa coniunxit, at Plinius has provincias alio loco tractavit, alio Germaniam. denique ne hoc quidem velim neglegi, in Ponti mensuris (4, 74 sq.) quas amplissimas magna cum diligentia Plinius collegit, primo loco Varronianas inveniri et maxima cum cura eas esse speciatim expositas.

itaque Agrippae opus, quamvis multa ex eo petiverit Plinius, pro fundamento ei non fuit, sed Varronis. quae sententia duobus indicum locis egregie videtur fulciri.

in III enim indice, si codices sequimur, terrae hoc ordine commemorantur (p. 22, 20 Detl.) *Italiae* (descriptio) *a Locris usque Ravennam. de Pado. Italiae trans Padum, Alpium et gentium Alpinarum, Illyrici*

[1]) comm. Momms. 1877.

Histriae Liburniae Dalmatiae eqs. qui ordo cum ab ipsa descriptione abhorrere videretur, ita ab editoribus restitutus est, nt *Histriae* nomen ante *Alpium* transponeretur[1]). ac potuisse librariorum errore Histriam falso loco enumerari, insanns essem si negarem. verum non is est locus quo facile haec transiliam. nam si codicum lectionem accipimus, Histria cum Liburnia Dalmatiaqne coniuncta ad Illyricum pertinet. qua re ad id tempus referimur, quo Formio terminus fuit Italiae. quod quamquam Plinins Agrippam secntns suaeqne aetatis statum non servavit, tamen summi mihi videtur esse momenti, ad Varronianam discriptionem, quam apud Plinium sublucere vidimus, optime quadrare id quod in libris traditum est. indices autem a Plinio esse compositos, ut opns quasi adumbraret, nec tamen nltimam limam expertos esse consentit Detlefsenus[2]). id qnod vel eo probatur quod rationes in finibus indicnm saepe non ductae sunt.

similiter index ab ipso libro distat IV 30 p. 23, 7 Detl. ubi haec: *insularum in Gallico oceano XCVI:* 94 in textn numeravit Detlefsenus l. l. unde dubitari non potest, quasnam Plinius nnmeraverit. de parvula enim differentia numerorum non ambigo. at in Gallico oceano illae insulae secundum ipsius libri contextum sitae non sunt, verum in Germanico mari. significatio autem illa Varroniana est, ut videtur, cf. 4, 114 quem locum ad Varronem propterea referendum esse censeo, quod eiusdem auctoris vestigia in seqnentibus band rara obviam sunt. certe frons Hispaniae utique Varronis est. index igitur ad Varronis opus se adplicat, quod in ipso libro destitutum est; nam Germanicum mare recentioris anctoris est.

sed prinsquam ad Europam septentrionalem evagemur, num quid ex aliis anctoribns praeter Varronem Agrippam Angustum Plinius addidisse videatur in meridionali ora describenda, quaeramns necesse est. nam qnamquam hos auctores potissimos in ea parte certe secutus est, tamen exstant particulae quaedam, quae ultra illorum auctorum aetatem procedunt. sed si accuratius contemplati erimns, eas extra periegesin collocatas esse elucebit. quare non modo nostra de Varrone auctore buius partis primario sententia non infringitur, sed egregie adiuvatnr.

ac primum quidem 3, 30 *universae Hispaniae Vespasianus imperator Augustus iactatum*[3]) *procellis rei publicae Latium tribuit.* hoc enuntiatum

[1]) nuper Detlefsenus 1904 codices secutus est, interpretatione non addita.

[2]) *Untersuchungen über die Zusammensetzung der Naturgeschichte des Plinius.* Berolini 1899 p. 24.

[3]) an *iactatae?*

tota descriptione Hispaniae perfecta in calce additum est. eundem locum tenent ea quae ex Galbae actis inveniuntur 3, 37: *adiecit formulae Galba imperator ex Inalpinis Avanticos atque Bodionticos, quorum oppidum Dinia.*

similis generis additamenta exstant:

3, 141 *Siculi in quem locum divus Claudius veteranos misit.*

4, 22 *universae Achaiae libertatem Domitius Nero dedit.*

4, 47 *colonia Flaviopolis ubi antea Caela oppidum vocabatur*[1]).

quibus locis Plinius aut ad acta ipsa accessit aut de sua memoria vel de recentiorum auctorum libris priorum narrationes supplevit[2]). tamen ea omnia additamentorum loco esse ipso genere dicendi comprobatur. deinde de 3, 57 non est quod post Brunnium 1856 p. 5 Oehmichenum 1873 p. 411 Münzerum 1897 p. 338 sq. disputem. sequentia enim verba *dein flumen* etc. cohaerent cum eis qua in periegesi 3, 56 de Cerceis narrantur. nec minus aperte 3, 114 ipsa forma Catonis testimonium adnexum esse elucet.

3, 65 quoque Plinius cavit ut additamentum fieri animadverteretur: *non alienum videtur inserere* eqs. sed de toto loco accuratius disputandum est. urbis Romae mentionem non ad Augusti laterculos pertinere supra p. 90 monuimus. ac ne Varroni quidem erat, quod in Italiae descriptione de Roma ageret, quippe quam antea absolvisset. nam Reitzensteinius[3]) libro VIII antiquitatum rerum humanarum de Roma verba facta esse rectissime contendit. idem libris XI et X quid tractatatum fuerit nesciri profitetur. ac sane fragmentum diserto testimonio his libris adscribitur nullum. tamen si rationem a Varrone in disponenda materia adhibitam respexerimus, quae loca tractare potuerit illis libris, non video nisi Romam. nam certa ratione progreditur Varro a Roma (VIII) ad Italiam (XI), ab Italia ad ceteram Europam (XII), ab Europa ad reliquum orbem terrarum (XIII). cui seriei ne posse quidem aliud interponi videtur. itaque haud scio an non ab omni probabilitate abhorreat opinio similis ei quam Gruppius[4]) protulit, sed non plane eadem: Romae descriptionem in Antiquitatibus

[1]) utrum 4, 110 *Amanum portus, ubi nunc Flaviobriga colonia* eodem pertineat necne, ambigo.

[2]) tamen minime constans videtur fuisse. nam Rhodum Samum Byzantium, quibus Vespasianus libertatem ademit (Suet. Vesp. 8), inter liberas civitates refert cf. 5, 132. 135. 4, 46. item Achaiae libertatem a Nerone datam commemorat 4, 22, ademptam a Vespasiano praeteriit.

[3]) Hermes 20 (1885) p. 543.

[4]) comment. Mommsen. 1877 p. 550; qui Rerum urbanarum libros III ad eos antiquitatum libros quibus Roma descripta esset, rettulit.

tres libros explevisse: VIII. IX. X. tunc eo magis perspicitnr quo iure Augustinus civ. dei 6, 4 dicere potuerit: *Rerum humanarum libros non quantum ad orbem terrarum, sed quantum ad solam Romam pertinet, scripsit.* qnem locum vel Ritscbelius perperam interpretatus est[1]), quamquam ipse cum Krahnero ambitum operis auxit, ita ut Italiam quoque eo tractatam esse statueret. qua opinione ipse suam Augustini interpretationem infringit. qui error nusquam nasci potnit, si Augustinus non *ad solam Romam* scripsisset, sed aperte qnod eum voluisse antecedentibns verbis comprobatur, *ad solos Romanos.*

qnamquam Gruppium temere Rerum urbanarum libros III ad ipsas antiquitates rettulisse Reitzensteinio concedo. quid? qnot libros illud opns comprehenderit nonne nescimus? at Varronem bis idem fere tractasse non uno exemplo probatur.

sed ad propositum revertamur. de Roma Varronem non intra Italiae descriptionem egisse constat. Plinius autem propter ordinem mutatum[2]) si qua de Roma prolaturus erat, alium Varronis locum adire necesse babebat. iam vero quae de nrbe enarrat, duplicem in universum prae se ferunt originem: altera pars ex abruptis sententiis composita est, procul dubio ex magna farragine rerum delibatis, altera ad censum aub Vespasiano babitum pertinet, quae amplectitur baec verba: 3, 66 *moenia eius collegere* ... 3, 67 *potuisse ei comparari*[3]). interposita est autem inter ea quae ad antiquitatem spectant. ac primum quod 3, 65 nomen alternm Romae dicere nefas esse traditur, conferas Solin. 1, 4[4]) apud quem in initio operis eadem leguntur quae apud Varronem quoqne in initio libri vel librorum qui versabantur in Romae descriptione, extitisse utique verisimile est. Varroni antem nnm inre illa de altero nomine vindicemus, quaerendum est. nam Plinius ipse 28, 18 similia certe e Verrio Flacco narrat: *Verrius Flaccus auctores ponit quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari deum, cuius in tutela id oppidum esset promittique illi eundem aut ampliorem apud Romanos cultum. et durat in pontificum disciplina id sacrum constatque ideo occultatum in cuius tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent.* quibns in verbis Plinius non adeo perlucide ex-

[1]) opnsc. III p. 394.

[2]) haud scio an recte mntati ingenii quoque in hac potissimum diversitate agnoscam testimoninm.

[3]) non supervacaneum videtnr adnotare Plinium actis censoriis Vespasiani etiam 7, 162—164 usum esse.

[4]) nbi antecednnt sicut iustus ordo efflagitat, quae de ipso Romae nomine dicenda snnt. id quod temere factum esse mihi non persuadeo.

posuit, quo invento Verrius gloriatus esset. nec enim ille evocationem primus agnovit, sed id eius proprium quod ne evocaretur genius urbis, celari coniecit eius nomen. quod verum esse apparet ex Festo 269b *ceterum caus<am*[1]*) in libris sacrorum se inve>nisse ait Verrius <cur verum Romae nomen taceatur>*. qui locus lacunosus quamvis certa ratione nequeat suppleri, tamen egregie cum Plini verbis convenit. ad Verrium igitur licet referre ea quae apud Serv. auct. Aen. 2, 351 traduntur: *inde est quod Romani celatum esse voluerunt in cuius dei tutela urbs Roma sit. et iure pontificum cautum est, ne suis nominibus dii Romani appellarentur, ne exaugurari possint. et in Capitolio fuit clipeus consecratus cui inscriptum erat: 'genio urbis Romae sive mas sive femina' et pontifices ita precabantur 'Iuppiter optime maxime sive quo alio nomine te appellari volueris'.* quamvis diversa hic in unum commixta sint, tamen quanta similitudo eis sit cum Verrianis a Plinio servatis nemo non videt. ad eundem auctorem Plut. quaest. Rom. 61 pertinere Paulus Glässer exposuit[2]): *διὰ τί τὸν θεὸν ἐκεῖνον ᾧ μάλιστα τὴν Ῥώμην σῴζειν προσήκει καὶ φυλάττειν, εἴτ' ἐστὶν ἄρρην εἴτε θήλεια, καὶ λέγειν ἀπείρηται καὶ ζητεῖν καὶ ὀνομάζειν; . . . πότερον ὡς τῶν Ῥωμαϊκῶν τινες ἱστορήκασιν, ἐκκλήσεις εἰσὶ καὶ γοητεῖαι θεῶν, αἷς νομίζοντες καὶ αὐτοὶ θεούς τινας ἐκκεκλῆσθαι παρὰ τῶν πολεμίων καὶ μετῳκηκέναι πρὸς αὐτοὺς ἐφοβοῦντο ταὐτὸ παθεῖν ὑφ' ἑτέρων*; alteram explicationem a Plutarcho allatam utpote ineptissimam omittamus. Verrianae igitur doctrinae quid proprium fuerit, iam dilucide perspicitur. ad eundem fontem principalem ea redeunt quae Macrobius sat. 3, 9, 1sq. Sereno Sammonico debere se confitetur. ex ipsa enim evocationis formula agnoscimus verba a Verrio sumpta: *si deus si dea est cui populus civitasque Carthaginiensis est in tutela* (cf. Plin. 28, 16 *in cuius dei tutela* et Serv. auct. Aen. 2, 351).

quibus expositis redeamus ad Plin. 3, 65 *cuius nomen alterum dicere arcanis caerimoniarum nefas habetur optimaque et salutari fide abolitum enuntiavit Valerius Soranus luitque mox poenas.* conferas quaeso Serv. Aen. 1, 277[3]) *urbis enim illius verum nomen nemo vel in sacris enuntiat. denique tribunus plebei quidam (Valerius Soranus) ut ait Varro (et multi alii) hoc nomen ausus enuntiare*[4]) *(ut quidam dicunt raptus a senatu et) in crucem levatus est (ut alii metu supplicii fugit et in Sicilia comprehensus a praetore praecepto senatus occisus est).* quo loco cognoscitur et Pliniana

[1]) *caus-* legit Thewrewk, *cau-* Müller.

[2]) *de Varronianae doctrinae apud Plutarchum vestigiis.* Leipz. Stud. IV 1881 p. 178.

[3]) quae in solo Cassellano leguntur, uncis circumsaepsi.

[4]) cf. Plin. *enuntiavit Valerius Soranus.*

congruere cum Varrone et differre a Verrio[1]). itaque nt 28, 16 Verrianam patere doctrinam, ita 3, 65 Varronianam iudico[2]). accedit qnod ne minimo quidem indicio ostenditur ad alinm fontem transiri, id quod seqnentibus verbis aperte fit: *non alienum videtur inserere.* ubi quae de Angerona inseruntur, ea aliquo modo possunt comparari cum Macr. sat. 3, 9, 4, ubi de deo in cuins tutela urbs Roma sit, hisce agitur: *alii enim Iovem crediderunt, alii Lunam, sunt qui Angeronam*[3]) *quae digito ad os admoto silentium denuntiat* eqs. Verrio si haec recte tribuimus — cf. potissimum 3, 9, 2 —, Verriana etiam in illo snpplemento Pliniano latere concedes. nam quod Plinins diem festum eins deae commemorat, omissum in brevi Macrobi disputatione, quae ne ex ipso quidem Verrio sumpta est: apnd Verrinm fastorum auctorem eum inveniri potuisse minime ab veri similitudine abhorret. Verrium autem in libro 3 adhibitnm esse indice comprobatur. Plinius igitnr postqnam e Varrone suo de altero nomine. scripsit, inspecto Verrio in eadem materia versato ex hoc supplementum quoddam petivit nec tamen ea quae prins a Varrone acceperat, ant abiecit ant immutavit.

deinde initio § 66 ubi de portis agitur ad Varronem videtur rediri: cf. Fest. 274a 2, qno loco eum in Antiquitatibns de portis urbis Romae egisse comprobatur, cf. Paulns Mirsch, Leipz. Stnd. V 1882 p. 101sq. qui non sine probabilitate qnaecumque de portis urbis apud Festum leguntur, Varroni adscripsit. inre idem p. 105 contulit Varr. ling. 5, 163.

tum post acta censoria exscripta de aggere Tarqnini Superbi quae 3, 67 proferuntur, optime congrunnt cum Dion. arch. 4, 54, 2 *ὁ Ταρκύνιος .. τῆς πόλεως τὰ πρὸς Ἰαβίους φέροντα τοῦ περιβόλου διὰ πολυχειρίας ἐξωχυροῦτο τάφρον ὀρυξάμενος εὐρυτέραν καὶ τεῖχος ἀνεγείρας ὑψηλότερον καὶ πύργοις διαλαβὼν τὸ χωρίον πυκνοτέροις. κατὰ τοῦτο γὰρ ἐδόκει μάλιστα τὸ μέρος ἡ πόλις ἀνόχυρος εἶναι, πάντα τὸν ἄλλον περίβολον ἀσφαλῶς ἐπιεικῶς οὖσα καὶ δυσπρόσιτος.* ubi *τὰ πρὸς Ἰαβίους φέροντα* egregie ad orientem (Plin.) convenit. unde ea Münzer l. l. p. 274 recte ad Varronem videtur rettulisse.

simili atque 3, 65 formula Plinius in alio quoque additamento utitur 3, 136. ubi titulnm in honorem Angusti positum video qnosdam

---

[1]) Lydus meus. 4, 73 p. 125 W. unde sua de tribus urbis nominibus sumpserit nescio. certe recentiori cuidam antiquario debetur tertium nomen, qui altero nomine a Sorano promulgato tertium quoddam arcanis religionibus servandum excogitavit, ne genius urbis evocaretur.

[2]) item Münzer iudicat l. l. p. 308.

[3]) de Angeronae nomine Verrium egisse testatur Macr. sat. 1, 10, 7 (ex Suet).

ab ipso lectum ac descriptum pntare[1]). tamen ex scriptore quodam eum sumptum propterea suspicor quod additur 3, 137 *non sunt adiectae Cottianae civitates XV quae non fuerant hostiles, item attributae municipiis lege Pompeia.* uon euim adeo doctum fuisse Plinium mibi persuasi, ut haec de suo promeret. sed sive ipse Plinius titulum descripsit sive ab alio accepit, insertnm esse enm in periegesin, satis dilucide indicavit.

iam de 3, 146—149 agendum est, quo loco Noricum et Paunonia describuutur. hic multa suut recentioris originis, qnae qno auctore Plinins addiderit, nou expedio. sed eam partem ab ipsa periegesi esse alienam, compluribus causis perspicitur. ac primnm quidem alterins siuus descriptioue peracta illae terrae appendicis vice adiunguntur. dein Norici iam 3, 133 una cum Raetis commorati sunt et Paunonia 3, 147 quasi pars Illyrici enarratur; ampliorem igitur proviuciam babemus hic quam iu periegesi. deuique 3, 149 Pauuoniae Moesiam iungi legimus. quae proviucia 4, 44 debebat commemorari, sed ibi Tbraciam usque ad Histrum proferri videmus. ac ue Agrippa quidem eius meutiouem fecit, qui ne ipse quidem Moesiam aguovit: cf. Div. orb. 13 *Macedonia Thracia Hellespontus et pars sinisterior Ponti hae finiuntur . . a septentrione flumine Histro.* cohaeret secundum euudem (cf. ibid. 14) Dacia.

Plinius vero nou potuit illas terras omittere, qnae eins aetate iuter amplissimas imperii Romaui proviucias erant. itaque ad alium auctorem confugit eumque recentissimum. uam oppida a Claudio et Vespasiano coudita exstant. sed tota illa descriptio extra periegesin quodammodo collocata est.

currit deinde periegesis usque ad tertii siuus finem, ita tamen ut Thracia uou divellatur, sed sicut etiam iu Baetica factum est, orientalis quoque eius terrae ora una cum meridiouali, quae a Macedouia usqne ad Hellespontum pertiuet, tractetur. Tbraciam autem secundum Agrippam sic circnmscribi ex Divis. orb. 13 apparet. tum 4, 79 usque ad ostia Histri proceditur, a quibus Plinius 4, 82 deuuo proficiscitur. quae continua descriptio duabus paragrapbis interpositis interrumpitur. hiuc 4, 80. 81 qnibus ordo turbatur, aliuude esse additas proclivis suspicio est. quae egregie confirmabitur, ubi res observaverimus.

uam *Pannonica hiberna Carnunti* nec Varroni nec Agrippa uota esse poteraut. Carnuntum enim primum apud Vell. 2, 109, 3 uomiuatur: *a Carnunto qui locus Norici regni proximus ab hac parte* (scil. Boiobaemi) *erat*, ubi de rebus anno p. Cbr. 6 gestis agitur. legio autem ex qno tempore stativa ibi habuerit, uon satis liquet. inde a Claudio

[1]) e. g. Münzerum l. l. p. 399 sdn.

unam legionem ibi collocatam fuisse certum est[1]). ad tempus vero auctoris quem Plinius hic consuluit definiendum eis uti possumus quae initio § 81 leguntur: *a Maro, sive Duria est a Suebis regnoque Vanniano dirimens eos, aversa Basternaei tenent aliique inde Germani.* Vannius enim paulo post annum p. Chr. 19 potestatem iniit, idem sub Claudio anno fere p. Chr. 50 regno pulsus est[2]). auctor autem ille valente regno Vanniano scripsit. ad idem tempus Iazygum sedibus perducimur. quos inter annos 16 et 50 p. Chr. (Ov. Pont. 4, 9, 60 Strab. 306) medium Danuvium petisse Müllenhoffius[3]) docuit. Agrippae denique fragmentum postea insertum esse apparet vel eo quod in fine § 81 ad ea reditur quae ante Agrippea tractantur, nulla ratione habita Agrippearum.

sed hanc partem a periegesi alienam esse ipsis populorum nominibus comprobatur. nec enim conveniunt inter se quae 4, 83 dicuntur: *totum eum tractum tenent Sardi Scythae et Siraci* et quae 4, 81: *Scytharum nomen usquequaque transit in Sarmatas atque Germanos. nec aliis prisca illa duravit appellatio, quam qui extremi gentium harum ignoti prope ceteris mortalibus degunt.* accedit quod gentes illae 4, 80 nominatae aut in periegesi non respiciuntur aut aliis sedibus commemorantur[4]). velut Getae secundum periegesin 4, 41 citra Histrum habitant, 4, 80 ex recentiore usu cum Dacis confunduntur, Daci Aorsi Alani Rhoxolani Iazyges Trogodytae[5]) apud Plinium in periegesi omnino non exstant ac ne fluviorum quidem nomina rursus apparent. adde quod Melae quoque omnia illa ignota sunt.

hic de 4, 79 disputare e re fuerit. Schweder enim Plinium hic fonte quodam usum esse statuit, qui post Tiberi ad Danuvi fontem iter conscriptus esset. quam opinionem equidem falsam esse iudico. nam Tiberius, sicut diserto Strabonis[6]) testimonio scimus, a lacu Veneto profectus est, Plinius ex adverso Raurici eum originem ducere narrat. quod vero Rauricum Galliae oppidum dicitur, ad id tempus ducimur, quo Germania provincia nondum instituta erat. sed de hac ipsa re litigant. haec igitur et Agrippa et Varro scire potuerunt[7]).

---

[1]) cf. Kubitschek, Pauly-Wissowa III 1601.

[2]) cf. Tac. ann. 2, 63. 15, 29.

[3]) *Deutsche Altertumskunde* III 1892 p. 35.

[4]) cf. de eis Müllenhoffius l. l. passim.

[5]) hos 4, 41 perperam Müllenhoffius l. l. p. 146 adn. coniectura in textum intulit.

[6]) 292 *ἡμερήσιον δ'ἀπὸ τῆς λίμνης* (i. lacum Venetum) *προελθὼν ὁδὸν Τιβέριος εἶδε τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς.*

[7]) ex 31, 25 *quod et circa Danuvii exortum audivi* non sequitur Plinium ipsum apud Danuvi fontes fuisse.

supra (p. 97) Pliuium iu regiouibus Italiae IX. X. XI aliam inisse ratiouem atque in reliquis mouuimus. ibi enim eum nou ipsum Augusti tabulis usum esse cognovimus. ad alium igitur auctorem referimur quam quos in reliqua periegesi adhibitos esse constat. itaque sane operae pretium est iudagare extentne iu Galliae Cisalpinae descriptioue errores aut iterationes.

quam partem Münzer[1]) Nepoti addixit. ac profecto indicia sunt quibus haec opinio firmari videtur. laudatur euim ipse in fine 3, 125. Catonis autem doctrinam nou ex ipsis Origiuum libris Plinium sumpsisse vel iude cognoscitur, quod plus semel corrigitur: cf. 3, 124 *Novaria ex Vertamacoris* (orta) *Vocontiorum hodieque pago*[2]), *non ut Cato existimat Ligurum, ex quibus Laevi et Marici condidere Ticinum non procul a Pado.* quae Nepoti tribuere eo magis animus iucliuat quod de ipsa eius patria agitur. deiu Cato quidem Orumboviorum originem ignorare se fassus est, at auctor uon couteutus imperfecta illa, ut rebatur, doctrina, Alexandri uugis applausit. tum illo *prodente se* 3, 125 indicatur alium quendam intercedere inter Catonem et Plinium. denique Graias Alpes ab Hercule dictas esse communis quidem opinio fuit; nolim tameu non uotare eandem a Nepote esse probatam, cf. Haun. 3, 4 (Alpes) *nemo umquam cum exercitu ante eum* (Hauuibalem) *praeter Herculem Graium transierat. quo facto is hodie saltus Graius appellatur.*

Nepoti igitur omnia videutur favere. tamen restat quaedam dubitatio. nam secundum ea quae supra[3]) exposuimus, auctor ille quem Plinius hic sequitur, Augusti tabulis ceusoriis usus est. itaque ue Nepotem quidem hic Plinius ipsum inspexit.

3, 126 ad oram revertitur et ad periegesim quae contiuuo tractu usque ad Arsiam ducitur. vel hinc ad Agrippam quoque rursus se eum applicasse elucet. tamen ue eum quidem auctorem sepositum esse qui Nepotiana praebuerat, cognoscitur. carpitur enim Nepos, quod Histriae uomeu ab Histro amne in Hadriam effluente deduxit. quam Nepotis sententiam Mela quoque exscripsit: 2, 57. Plinius vero alii auctori fidem habuit, qui fabulae ne ab Eratosthene quidem spretae aures praebuit, tamen ab illo gravissimo errore cavit. Agrippae hoc auctoritate factum esse Oehmicheuus[4]) ceusuit. at quo iure tunc in

[1]) l. l. p. 335.

[2]) nota Vertamacoros in Narbonensis descriptione non inveniri.

[3]) cf. p. 97.

[4]) *Plin. Stud.* 1880 p. 44. nimirum quia Varronem commnnem Melae Pliniqne auctorem esse putat.

Nepotem, non in Varronem invectus sit Plinius, quaero. accedit quod utrum Agrippa tales fabulas commemoraverit necne, plane nescimus. quamobrem illam *diligentiorum* sententiam Varroni adscribere non dubito.

porro de mediterraneis X regionis partibus (3, 130) idem valet quod supra de 3, 123—125 statuimus. laterculos enim Augusteos hic iam Plini auctori praesto fuisse in propatulo est. accedit quod Catoniana Nepotem sapiunt. nam *Venetos Troiana stirpe ortos* conferre licet cum 6, 5 *quo loco Enetos adicit Nepos, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos ea de re*[1]) (i. propter ὁμωνυμίαν) *putat.*

porro quod proxime spatium Alpium auctoribus Caelio Nepote Livio indicatur, additum esse ad narrationem ipsa collocatione perspicitur. summi vero momenti est eosdem auctores hic coniunctos esse qui 2, 169 sq. una laudantur, partim in ipso contextu, partim in indice[2]). eidem igitur scriptori additamentum deberi censuerim, qui Plinio in antecedentibus Nepotiana obtulit.

ea quoque quae 3, 133 sq. de Alpium incolis exponuntur, similem indolem produnt. quamquam neque in X regionis descriptione neque hic diligenter disiungi forsitan possint Nepotiana ignotique auctoris sententiae ab eis quae ad periegesim pertinent. sed mirum quantum similia sunt quae ex Catone referuntur, eis quae ex eodem 3, 123—125 exstant. Catonis enim auctoritas bis adfertur, semel cum aliorum opinione eius sententia coniungitur: *Lepontios . . Cato arbitratur, ceteri fere . . credunt,* similiter deinde atque 3, 123 — ad quem locum quasi respicitur his verbis: *eiusdem exercitus et Graios fuisse Graiarum Alpium incolas* —, Graecae fabulae fortasse eiusdem Cornelii Alexandri[3]), certe eiusdem generis nugatoris, creditur, qua Euganei prorsus inepte a voce εὐγενής deducuntur. a periegesi autem ea quae de Alpium incolis referuntur, propterea potissimum procul habenda sunt, quod nonnulla repetuntur iam antea exposita 3, 47; sic 3, 135 *Turi*[4]) *Liguribus orti*: 3, 47 *Ligurum . . Turri*, ubi non tam diversam formam quam diversam rem velim animadvertas: in periegesi enim Turri inter Ligures per-

[1]) de hac Detlefseni (itemque de Salmasii) coniectura dubito quam maxime. nec sufficiunt quae reliqui excogitaverunt (cf. Silligi nota). fortasse ante vel post *credere* auctoris nomen periit, e. g. <*Catonem*>.

[2]) cf. supra p. 84 sq. ceterum cum verbis: *ubi Germaniam ab Italia submovent* cf. Melae 2, 73 *ubi Germaniam adtigerunt* (Alpes).

[3]) hoc non sine probabilitatis specie Detlefsenus coniecit *Beschreibung Italiens* etc. 1901 p. 38.

[4]) de nomine cf. Mommsen CIL. V p. 906.

censentnr, altero loco ab eisdem orti esse dicuntur. deinde 3, 135 *Vagienni Ligures:* 3, 47 *Vagienni.* item Capillati utroque loco exstant. accedit quod Augustea ita cum descriptione conexa snnt, ut situs respiciatur.

alius igitur auctoris hic quoqne vestigia sunt. qni tabulis Augusteis cum usus sit, ntiqne recentior est Varrone et Agrippa. eiusdem aliud membrum disiectum enncleasse mihi videor. nam Epiri duplex exstat descriptio: 4, 2 et 4, 3. 4. in priore primnm breviter ora dividitur: *in ea* (Epiro) *primi Chaones, a quibus Chaonia, dein Thesproti,* deinde terrae descriptio a septentrionibns incipiens (cf. *Antigonenses*) comprehenditur brevis quidem et qua ora non satis diligenter a mediterranea parte distinguatur, tamen neutra plane neglegatur; nam Cestrini mare adtingunt.

tunc 4,3 denuo incipitnr. neque enim potest distingui *Epiros in universum* (4, 2) et *Epiros ipsa* (4, 3): ab Acroceranniis utraqne initium ducit. at diversis nominibns utuntur: 4, 2 *a Ceraunüs . . incipit montibus.* 4, 4 *in Acroceraunüs.* iniuria autem 4, 2 qnoque stndio qnodam aequabilitatis contra Solini (7, 1) testimonium longiorem formam reponunt[1]). altera igitur descriptio oram sequitur, sed ne mediterranea quidem negleguntur. ibi ex eis quae 4, 2 exstant, nil repetitur, at ne divisionis quidem priore loco propositae ulla ratio habetur. quam diversitatem quaeritur quomodo explicemus. atque altera descriptio haud dubie ad periegesin pertinet nec non conversi ordinis praebet exemplum. nam Buthrotum falso post flumen Thyamin oppidumqne Cestriam exstat. nec meliore iure civitas Anactoria ad Epirum refertur. contrarium vero cursum si qnis tenuit, is Anactorium in sinus Ambracii initio collocaverat, unde hand scio an ille error possit intellegi. denique Perrhaebi in priore descriptione inter Epirotas censentur, 4, 6 inter Aetolos[2]). acta res esset, si recte vulgo pro Talaro monte 4, 2, qnam nominis formam Solinus confirmat 7, 1, Tomarum substituissent. quem montem apnd Dodonam situm esse Plinius affirmat 4, 6[3]). ac sane Tomarus centnm fontibns circa radices cele-

[1]) in universum in hoc potissimum nomine diversitas auctorum cernitur: 2, 244 *Acroceraunia* Isid. 3, 97 (cf. supra p. 109) et 150 *Acroceraunium promunturium* Agrippae; 3, 145. 4, 1 *montes Acroceraunia* vel 4, 4. 52 nude *Acroceraunia* periegesis auctor h. e. Varro. notandum est apud Melam 2, 52 Ceraunios montes commemorari.

[2]) ceterum adnoto Aetolorum populis non solum eos contineri 4, 6 qui Aetoliam incolebant, sed etiam qui cum Aetolis quondam foedere coniuncti erant, velnt Athamanes Tymphaei ipsique Perrhaebi.

[3]) hic formam *Tmarus* exhibet Solinus 7, 3.

brari potuit nec dubitarem contra Solini codicumque testimonia nomen corrigere, nisi Strabo 434 narraret: *ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ Ἰνδῷ ὄρκουν Τάλαρες Μολοττικὸν φῦλον, τῶν περὶ τὸν Τόμαρον ἀπόσπασμα.* hinc videtur posse concludi eiusdem montis diversa esse nomina Talarum et Tomarum[1]), id quod Plinium certe fugit.

sed quis ille alter auctor sit, vix divinando elici potest, nisi quod Nepotis doctrinam praeberi propter Theopompum laudatum conieceris (cl. 3, 57)[2]). sed incertissima haec est opinio. unum tamen non praetermiserim: *Antigonenses* dicuntur incolae, non oppidum. unde Cuntzius[3]) pronus est Angusti laterculis eos adscribere. quae res sane habet quo commendetur. nec enim aliter intellegitur, cur ethnicum positum sit. sed hic Plinius Augustum non ipsum consuluit. situs enim ratio habetur, cum descriptio a septentrionibus proficiscatur. itaque res eadem plane est atque in regione Italiae IX X XI. unde eidem auctori cui illa, 4, 2 quoque accepta referri puto. cur vero duplicem narrationem Plinius proposuerit nescio. certe prior extra periegesin collocata est, quae denno ab Acroceraunis exordium ducit.

itaque eae descriptionis partes quae recentiorem prae se ferunt originem, ab periegesi excludendas esse cognovimus. quo in numero cum ea quoque sint, quae Nepoti Livioque deberi videntur, hi primarii Plini auctores esse non possunt. qua re confirmatur quod supra statuimus, principalem in Europa meridionali auctorem fuisse Varronem, quocum Agrippea et Augustea Plinius ipse, artissime nonnumquam, coniunxit. tamen omnia uni ex his tribus auctoribus deberi non ausim contendere. exstant enim quaedam licet levia quae apud neminem ex iis inveniri potuerunt: 3, 82 *Tiberi principis arce nobiles Capreae* et 3, 119 *Augusta fossa Ravennam trahitur*[4]), *ubi Padusa vocatur, quondam Messanicus appellatus,* et ibidem paulo post: *portus . . qui Vatroni dicitur, qua Claudius Caesar e Britannia triumphans praegrandi illa domo verius quam nave intravit Hadriam.* porro recentiorem doctrinam prodidit Plinius 4, 10 *perfodere navigabili alveo augustias eas* (Isthmum) *temptavere Demetrius rex, dictator Caesar, Gaius princeps, Domitius Nero*: de Demetri consilio Strabo 54 ex Eratosthene testis est, Caesarem Varro addere potuit, sed de reliquis imperatoribus, nisi Plinium ipsum haec comperisse

[1]) vel si mavis unum latius patere, altero unum tantum cacumen significari.

[2]) ad Varronem Theopompi testimonium referri vult Münzer l. l. p. 160, si recte eius verba intellego.

[3]) 1890 p. 512 adn. 5.

[4]) i. Padus.

velis[1]), recentior quidam auctor fuit adeundus. denique 4, 71 *in nostro aevo Thia iuxta easdem enata* additum est procnl dubio ex actis diurnis sim. cf. 2, 202. sed haec pauca sunt: in universum Europam meridionalem eis quos dixi auctoribus Plinius tractavit ac periegeseos potissimum auctorem Varronem habuit. quamobrem eum ne tunc quidem abiecit, cum ad extera Europae, Plini aetate mnlto notiora quam Varronis, egressus est. ad hunc enim procul dnbio referenda sunt quae 4, 94sq. testibns Timaeo Hecataeo aliis traduntur, ex parte saltem Pytheana. antiquioris autem originis cnm alia testimonia adsunt, tnm Ripaei montes, qui iterum apparent, ubi secnndum Varronianam descriptionem ad extera Asiae Plinius evagatur, quo loco simillimis verbis utitur: 6, 33 *nunc omnibus quae sunt Asiae interiora dictis Ripaeos montes transcendat animus, dextraque litore oceani incedat*, cf. 4, 94 *exeundum deinde est ut extera Europae dicantur, transgressisque Riphaeos montes litus oceani septentrionalis in laeva donec perveniatur Gadis*[2]) *legendum*. initio autem 4, 97 quaedam exstant qnae Varronis esse non possunt: ea vero Plinius ipse satis cnravit ut addita esse ex alio fonte cognosceretur, eo quod pronomine *quidam* introducuntur. adde quod Vistla fluvius primum apud Agrippam commemoratur. Sarmatae quoque a periegesi antiqua alieni sunt. ad eam rursus spectant quae de promunturio Cimbrico dicuntur, ubi Varronis sermonem agnosco imprimis in verbo excurrendi: cf. 3, 38. 100. 129. 4, 23. 107. 113. adnectuntur *XXIII inde insulae Romanis armis cognitae* eqs. ex recentiore fonte additamentum[3]).

porro initio descriptionis Germaniae Plinius 4, 98 inmodicam prodentium discordiam queritur. ac sane compluribns auctoribus hic revera usus est. atque orae mensuram Varroni adscribere licet aliqua cum probabilitate. neque enim ab alio Romano geographo ex eis quidem, qnibus plura Plinius debet, Graecos laudatos esse demonstratum est. pronomine vero *quidam* auctor admodum amplns indicatur. qui cum ante Agrippam commemoretur, vix alius ac Varro est. praeterea recentiorem aliquem praeter Agrippam, cuius nomen adfertur, agnos-

---

[1]) cui opinioni ipsum Nerenis nomen quodammodo videtnr favere. nam Domitius Nero dicitur ubi Plinins ipse aliqnid de eo addit, e. g. 4, 22. 2, 92, contra Nero princeps, nbi legatorum relationes sim. referntur: 6, 40. 181.

[2]) maxime notabile est Gadibus hic finem constitni descriptionis. nam a Plinio ipso usqne ad Anam tantum ducitnr circuitus. itaqne a septentrionalibus Enropae partibus usqne ad Gadis Varronis oursum seqnitur.

[3]) cf. Detlefsenus, *die Entdeckung des germanischen Nordens im Altertum*. Quellen und Forschnngen zur alten Geschichte und Geographie VIII 1904 p. 37sq.

cimns Germaniae determinatione. Scaldis enim amnis tunc demum Germaniae finis dici poterat, cum Germania inferior a Gallia Belgica separata erat. nam quamquam Hirschfeldio [1]) concedo Germanias in provinciae formam redactas non fuisse primo p. Chr. saeculo, tamen Plini loco demonstratur extitisse quandam separationem. accedit alterum quo recentiorem quendam auctorem in usum vocatum esse licet conicere. corrigitur enim Agrippae mensura hisce verbis: *Raetiae prope unius maiore latitudine, sane circa excessum eius* (Agrippae) *subactae.* sequentibus autem verbis *nam Germania multis postea annis nec tota percognita est* haud dubie Tiberi [2]) Drusi Germanici expeditiones significantur. dein populi Germaniae quin recentiori illi scriptori debeantur vix dubium est — respicitur enim Scaldis finis, non Rhenus, cum Mosa inter Germaniae fluvios 4, 100 enumeretur, ut non de Vistla quae modo dixi iterem —, nisi forte Plinium ipsum eos ex militia Germanica et studiis in bellis Germanicis collocatis cognitos habuisse quis dixerit. certe Cannenefates Tiberi bellis innotuere: primum apud Vell. 2, 105, 1 commemorantur. divisio autem populorum Germaniae ut non plane aliena a Tacitea [3]) est, ita non nimis cum eadem congruit: in quinque partes Plinius eos dividit, a tribus Manni filios eos dici Tacitus refert. notandum est autem Basternas cum Dacis coniungi, quorum in illo ad periegesin Varronianam additamento fit mentio 4, 80.

porro in Britanniae descriptione 4, 102 sq. Plinium non satis habuisse antiqua referre, cum multo post Varronem et Agrippam Romanis expeditionibus terra patefacta sit, nil est quod miremur. id quod ipsius verbis indicatur: *Britannia insula clara graecis nostrisque monimentis* [4]). ubi vox *monimenta* necessario ad litteras refertur. neque enim Graecorum quisquam armis in hac regione enituit. unde Romanum scriptorem recentiorem Claudio adhibitum esse conieceris. qui vero recentiores illi Graeci fuerint 4, 103, equidem non expedio, nisi

---

[1]) comm. Momms. 1877 p. 433 sq. ubi qui de hac materia antea scripserint refertur. cf. etiam I. Marquardt, Staatsverw. I² 1881 p. 271 sq.

[2]) cf. Vell. 2, 106, 1. haud scio an contra adulatores omnia in maius efferentis dictum sit illud *nec tota percognita est*, cf. Vell. l. l. *perlustrata armis tota Germania est.*

[3]) Germ. 2. cf. Plin. *Inguaeones quorum pars Cimbri Teutoni ac Chaucorum gentes:* Tac. *proximi oceano Ingaevones.* Plin. *mediterranei Hermiones:* Tac. *medii Hermiones (Herminones* fere codd.).

[4]) cf. Tac. Agr. 10 *Britanniae situm populosque multis scriptoribus memoratos.*

forte Isidorum Plinius dixit (cf. 4, 102)[1]). ac ne hoc quidem audeo diiudicare, utrum ea quae 4, 104 ex Timaeo de insulis Thyle et Icti referuntur, ex Varrone fluxerint an ex illo recentiore, quamquam cl. 2, 187 illnd verisimilius est, praesertim cum Timaeum inter Varronis auctores fuisse constet. quae sententia etiam hisce commendatur: transitur ad Galliam 4, 105 atque adeo abrupte, ut ad alinm auctorem Plinium se adplicare appareat. hunc autem eundem esse qui iam antea de Germania adhibitus est, determinatione Galliae cognoscitur: Scaldi enim 4, 98 Germania finita est, Scaldi nunc Gallia incipit. quae divisio recentior est Agrippa. nam is Rhenum Galliae finem constituit: 4, 105 cf. Dimens. 20. 19. Divis 7. 11. praeterea autem Caesariana divisio profertur, quam recentior ille auctor secntns non est, ab Augusto abolitam. nec non vetustioris originis testimonium est nomen Celticae Galliae (cf. Caes. Gall. 1, 1, 1), Garumna finis huius et Aquitaniae. Galliae dein populos ex recentiore auctore fluxisse vel eo probatnr quod Colonia Agrippinensis in ea serie commemoratnr. Augusto autem quominns ipsi eos adscribam, praeterea duabus potissimum impedior causis. nam primum quidem ordinis alphabetici vestigia non cernuntnr, deinde eos dispositos esse apertum est ita ut quamvis ab initio Galliam usque ad Rhenum comprehendant, tamen Scaldis ratio aliquo modo habeatur 4, 106 et omnino de situ agatur. quae cum ita sint Augustea hic iam in Plini fonte cum descriptione coniuncta fuisse tibi persuaseris.

populi tantum praeter Coloniam Agrippinensem in Belgica percensentur: eundem morem servat Plinius etiam in Lugdunensi[2]), nisi quod Ligerem qno ea provincia ab Aquitania dividitur, commemorat paeninsulamque Ossismorum. hanc vero ex periplo Varroniano esse insertam haud scio an cum aliqua probabilitate conicere liceat. falso enim loco post Ligerem eius nomen invenitur eamque a Plinio in populorum seriem interpositam esse manifestum est. postea enim verbis *ultra eum* ad Ligerem reditur. Ossismorum autem paeninsula eo magis originem Varronianam prae se fert, quod eius situs suspectissimus quidem parum

[1]) breviter aducto Plinium diserte testari in eo quoque mari quod nos septentrionale dicere consuevimus, sucinum esse inventum, cf. 4, 97 ubi inter insulas orae Germaniae praeiacentes exstat *Glaesaria a sucino militiae appellata.* si vero milites Romani insulae cuidam a sucino nomen iudiderunt, id ibi repertum esse elucet. cf. etiam Glaesariae insulae Britannicae 4, 103 et H. Blümner, Pauly-Wissowa III 297.

[2]) Veliocasses qui Caesaris aetate inter Belgas numerantur (Caes. Gall, 2, 4, 9) ab Augusto Lugdunensi provinciae adscripti sunt. hinc Plinius ad eandem eos rettulit.

doctis — nam Timaeus et Eratosthenes quanta esset Pytheae fides, haud erant nescii — a Pythea primo in litteras relatus erat[1]). cui mensurae quoque accommodatae sunt: $\overline{DCXXV}$ sunt 5000 stadiorum, $\overline{CXXV}$ 1000 stadia.

tum insularum post Aquitaniam pertractatam nomina recentiori debentur auctori 4, 109. nam quod Uliaros in Aquitanico sinu sita esse dicitur, ad Augusteam Galliarum divisionem pertinet.

denique in Hispaniae exteriore ora describenda recentiorem illum auctorem a Plinio nondum esse sepositum primo aspectu patet. cum eius narratione Varroniana male conflata est. ille autem certe non ante Augustum scripsit. nam ante bellum Cantabricum vix adeo nota erat pars illa Hispaniae, cf. etiam 4, 111 *portus Victoriae Iuliobrigensium*, ibid. *Tamarci quorum in paeninsula tres arae Sestianae Augusto dicatae.* easdem alio loco a Mela commemorari 3, 13 supra p. 72 notatum est, nempe prope Noegam Asturum. ille vero auctor non est Agrippa propterea quod divisionem Augusteam agnoscit: 4, 111 *civitatium novem regio Cantabrorum. conventus Lucensis.* 4, 112 *a Cilenis conventus Bracarum; Bracarum oppidum Augusta.*

nec tamen Augustea a Plinio ipso cum alia descriptione conexa esse probatur quibusdam discriminibus. nam alia de Cantabris uterque tradidit: cf. 3, 27 *in Cantabricis VII*[2]) *populis Iuliobriga sola memoretur:* 7, 111 *civitatium novem regio Cantabrorum.* dein cum septentrionalis Hispaniae descriptione penitus coniuncta est divisio illa Augusti: cf. 4, 112 *a Cilenis conventus Bracarum;* id quod Plinius ex solis Augusti laterculis dispicere non potuit.

tum a Varroniana Hispaniae imagine ea quoque recedunt quae 4, 110 exstant: *ipsa Pyrenaei iuga ab exortu aequinoctiali fusa in occasum brumalem breviores latere <septentrionali>*[3]) *quam meridiano Hispanias faciunt.* abhorret enim haec distinctio ab illa qua frons Hispaniae promunturio Olisipponensi et Gadibus circumscribitur, quam Varronis esse diserte testatur Plinius 4, 115. eidem Detlefsenus[4]) summa cum probabilitate mensuram 4, 114 *ad Pyrenaeum inde* (i. a promunturio Olisippo-

---

[1]) cf. Strab. 195 *Ὁσίσμιοι δ' εἰσὶν οὓς <Ὦσ>τιμίους ὀνομάζει Πυθέας.*

[2]) *VIIII* quod nuper Detlefsenus 1904 edidit, haud scio an auctorem ipsum correxerit.

[3]) sic cum F^2 vulgo legunt, recte utique. nam Detlefseni coniectura et a sensu aliena est et a Plini usu loquendi.

[4]) commeut. Mommsen. 1877 p. 17—31. minime mihi persuasit Gualtherus Ruge, *quaest. Strabon.* diss. Lipsiae 1888 p. 13, qui contra Detlefseni sententiam pugnat.

nensi) *non pauci* |XII| L (i. 10000 stad.) addixit[1]). meridianum autem latus secundum eundem constat hisce mensuris:

3, 29 *longitudo citerioris Hispaniae est ad finem Castulonis a Pyrenaeo* DCVII *p. et ora paulo amplius* . . . . . 607 + x

3, 17 *Baeticae longitudo nunc . . . a Murgi maritima ora* XXV *p. amplior* (quam CCL) 275

itaque latus meridianum paulo DCCCC excedit. est igitur aliquanto brevius qnam septentrionale (|XII| L). cui opinioni opposita est illa alterius auctoris 4, 110. hic enim latus septentrionale non Olisipponensi promunturio, sed Celtico finit[2]).

tamen Varronem ne in Hispania quidem enarranda Plinius abiecit. immo plus quam utile erat, ei se adplicavit, cum oram occidentalem tractaret. Varro enim in Olisipponensi promunturio finem frontis Hispaniae constituit, quam opinionem quamvis falsam nimis acriter defendit Plinius 4, 113 sq. in septentrionali vero latere Varronianae descriptionis paucissima frnstula supersunt, ac ne illa quidem in orae enarratione, sed 4, 119 demum ubi de insulis agitur. earum enim descriptio non convenit cum orae descriptione 4, 110. Cassiterides cum ex adverso Celtiberiae collocentur[3]), non potest ratio esse habita satis idonee Cantabrorum Asturumque, quae gentes Celtiberos a mari excludunt. itaque Varronem, cum Cantabri Asturesque eius aetate parum noti essent, Celtiberiae notionem longius propagasse conicio. armis autem Romanis postquam sub Augusto Hispania septentrionalis patefacta est, Celtiberia ad oram protendi non potuit.

denique in Lusitaniae descriptione[4]) originem Varronianam prae se fert illa de equis vento concipientibus fabula, quae etsi a Graeco quodam nugatore inventa est, qui Homeri interpretem se gessit[5]),

---

[1]) illud *manifesto errore* ad solam gentem Artabrum pertinet. quod vero Häbler l. l. p. 36 falso Detlefsenum mensuram 4, 115 |XIIII| *inde ad medium Pyrenaeum colligi Varro tradit* omisisse dicit, ipse errat. neque enim ad circnitum Hispaniae inter duo Pyrenaei promuntnria terrestris illa ad medium Pyrenaeum mensura potest referri.

[2]) de hac diversitate cf. Albinus Häbler, *die Nord- und Westküste Hispaniens, ein Beitrag zur Geschichte der antiken Geographie.* Progr. Lipsiae 1886.

[3]) aliter Strab. 175 *αἱ δὲ Κασσιτερίδες δέκα μέν εἰσι, κεῖνται δ' ἐγγὺς ἀλλήλων πρὸς ἄρκτον ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀρτάβρων λιμένος πελάγιαι.* at Varro hano Artabrum gentem neglexit, immo negavit esse cf. Plin. 4, 114.

[4]) de Varronis 4, 120 doctrina cl. Charis. GL. I 61 Prisc. GL. II 331 cf. Reitzenstein Hermes 20 (1885) p. 531 et Eratosthenes ap. Strab. 766.

[5]) cf. *Π* 145 sq. Häbler l. l. p. 37. talia haud semel in geographiam inlata esse notum est. unum profero exemplum: Strab. 233 *ἐξῆς δὲ Φορμίαι Δακωνικὸν*

tamen quicumque auctores latini eam proferunt, ei a Varrone pendent, excepto fortasse uno Iustino 44, 3, 1 sq. cf. Varr. rust. 2, 1, 19. eundem alibi quoque eadem enarrasse docemur Serv. georg. 2, 273 (cf. Schol. Bern. ibid.) Colum. 6, 27, 3 Sil. 1, 338 Plin. nat. 8, 166.

a Plinio vero duas descriptiones Varronis recentiorisque auctoris esse conflatas luculenter demonstratur iterationibus. nam bis exstat Aeminius 4, 113. 115 bis Limia, in quo fluvio diversam velim animadvertas formam: 4, 112 *Limia* 4, 115 *Limaea*, unde factum videtur ut Plinium se bis de eodem agere fugeret. tum Celtici Turduli Vettones iam 4, 112. 113 commemorati sunt, repetuntur 4, 116[1]).

Europae ambitu peracto ut breviter complectamur quae disputavimus: Plinius a Varroniana descriptione profectus est, cum eadem Agrippea contaminavit. hi cum Augusto auctores primarii in meridiana Europa. eis vero contentus non fuit, ubi ad septentriones perventum est. ibi enim recentioris doctrinae larga vestigia, quae in priore parte quamquam non omnino deest, tamen extra periegesin posita est. quod secus est in septentrionali Europa. utrum vero supplementa illa antiquioris scientiae ad unum omnia sint referenda auctorem, an ex diversis fontibus petita, equidem diiudicare nequeo. quamquam hoc veri similius. denique duobus locis Isidorus laudatur: 4, 9 *Peloponnesus ... circuitu* $\overline{DLXIII}$ *p.* (i. 4500 stad.) *colligit auctore Isidoro*[2]). et 4, 102 *circuitu patere* $\overline{XXXXVIII}$ $\overline{LXXXV}$ *Pytheas et Isidorus tradunt* (39000 stad.).

II. de Africa et Asia.

in Africae descriptione segreganda primum quaedam, quae a Plinio cum continua narratione conexa esse manifestum est. ac primum quidem quid Suetonio Paulino deberet, Plinius ipse grammatica ratione

---

κτίσμα ἐστίν, Ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον διὰ τὸ εὔορμον, καὶ τὸ μεταξὺ δὲ κόλπον ἐκεῖνοι Καιάταν ὠνόμασαν. τὰ γὰρ κοῖλα πάντα καιέτας οἱ Ἄκωνες προσαγορεύουσιν, quod vereor ne ex *δ 1 Δακεδαίμονα καιετάσσαν* natum sit cl. Strab. 367.

[1]) quo loco recte Detlefsenus cum *c* legendum iudicat *Celtici*, quam scripturam Robertus Crickladensis quoque servavit: Philol. 36, 114. ex recentiore autem Hispaniae descriptione fortasse quaedam etiam in initio tertii libri addidit Plinius, e. g. 3, 21 *Hiberus ortus in Cantabris* — hoc iam Cato novit orig. 7, 4 p. 28 Iord. cf. etiam Strab. 159 — *haut procul oppido Iuliobriga*, quod ab Augusto conditum (Hübner, Pauly-Wissowa III 1494) apud recentiorem illum auctorem erat commemoratum 4, 111 *portus Victoriae Iuliobrigensium, ab eo loco* (scil. Iuliobriga) *fontes Hiberi XL p.* hic Iuliobrigam Plinius ipse exemit.

[2]) hic recte Detlefsenus demum anno 1904 distinxit. coniungenda enim: *platani folio similis propter angulosos recessus.*

indicavit. 5, 14. 15 ab eo sumpta esse elncet. hic vero nnum nolim omittere: Plinius *similis* adiectivum cum dativo coninngere solet, 5, 14 legitur *cupressi similes*. igitur ex scripto fonte hausit[1]).

deinde 5, 35—37 quamquam ex auctoribus Romanis quaedam de Balbi triumpho (anno 735/19) rettulit[2]), tamen acta triumphalia adire non aspernatus est Plinius, quae etiam inter fontes enumerantur. tota autem narratio inde a § 35 cum orae descriptione non coniuncta est. in periegesi enim aliae gentes Phazaniam occupaverunt, cf. infra p. 154sq.

quoniam autem a periegesi evagatus est Plinius, aliud quoque additamentum uno tractu adiungere non dubitavit: 5, 38 de Garamantum cum Oeensibus bello quaedam appendicis loco adiecta sunt. quo vero auctore Plinius haec prodiderit nescio, nisi quod si ex libro quodam hausta sunt, ex latino manaverunt, cf. nomen *Praeter caput saxi*. haec igitur prius resecanda fuerunt. iam reliqua videamus. de Africa Asiaque tabnlas censorias non ab Augusto, sed ab Agrippa compositas fuisse supra Cuntzio adstipulati sumus[3]). ibidem eas a Plinio cum alins auctoris narratione coniunctas inde conclusimus, quod Castra Cornelia et in ea et in tabulis referuntur: 5, 24. 29. nec non bis Plinium ad amplificandam augendamque descriptionem usum esse apparuit.

iam 5, 2sq. Romano auctori deberi per se verisimile est, praesertim cum quaedam cum Mela licet exigua sit affinitas. qui si non idem, at certe haud dissimilis est eius quem in Hispaniae ora septentrionali Plinius secutus est. nam commentarii censorii in ipsam descriptionem ex parte recepti sunt atque etiam amplificati. neque enim in tabulis Augusteis Agrippeisque coloniarum auctor indicatus erat. accedit quod de deductis quaedam leguntur. conferas qnaeso:

5, 2 *Tingi quondam ab Antaeo conditum*[4]), *postea a Claudio Caesare, cum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia.*

ibid. *colonia Augusti Iulia Constantia Zulil regum dictioni exempta*[5]) *et iura in Baeticam petere iussa.*

ibid. *colonia a Claudio Caesare facta Lixos*[6]).

---

[1]) item valet de 6, 89 *marmor testudinis simile*: quae ex legatorum Indicorum relatione petita sunt.

[2]) cf. 5, 36 *auctores nostros prodidisse.*

[3]) cf. p. 98.

[4]) cf. Mela 1, 26.

[5]) haec ad id tempus pertinent, quo Mauretaniae liberae fuerunt.

[6]) cf. Mela 3, 107.

5, 5 *altera Augusti colonia est Babba Iulia campestris appellata et tertia Banasa*[1]) . . *Valentia cognomine.*

notandum est praeter nomina de situ quoque coloniarum accuratissime agi. idem in Hispania septentrionali (cf. p. 144) observavimus: 4, 111. 112. porro cf.

5, 20 *Cartenna colonia Augusti. legio secunda. item colonia eiusdem deducta cohorte praetoria Gunugu.*

5, 20 *Caesarea antea vocitatum Iol, Iubae regia a divo Claudio coloniae iure donata, eiusdem iussu deductis veteranis oppidum Novum, et Latio dato Tipasa, itemque a Vespasiano imperatore eodem munere donatum Icosium*[2]), *colonia Augusti Rusguniae, Rusucurium civitate honoratum a Claudio, Rusazus colonia Augusti, Saldae colonia eiusdem, item Igilgili.*

5, 21 *intus colonia Augusti quae item Succhabar, item Tubusuptu.*

quorum locorum loquacitas vide quantum distet a simplici gravitate laterculorum Augusti Agrippaeque[3]). aliam igitur illi prae se ferunt originem, sicut tota Mauretaniarum descriptio recentiorem auctorem sapit. certe non ante Claudium nata est. agnoscit enim Mauretanias provincias 5, 2. 19, alterius vel longitudinem praebet 5, 17. cf. etiam 5, 11 *Romana arma primum Claudio principe in Mauretania bellavere, Ptolemaeum regem ulciscente liberto Aedemone.* Romanum autem subesse auctorem, si omnino operae pretium est demonstrare, apparet ex 5, 6 (Atlas) *qua spectat Africam* (nempe provinciam Romanam).

bis autem Plinius oram exteriorem Mauretaniae descripsit: 5, 2—8 et 5, 9sq. ac prior descriptio eandem indolem prae se fert quam interioris quoque orae 5,17—21. cum ea tenuis quaedam affinitas Melae est, sed ita ut paucissima ille e larga materia delibasse videatur, tamen coloniae apud eum non commemorentur. cui rei egregie convenit, quod Nepos ab illo auctore bis indicatur: 5, 4 ipso nomine nec minus perspicue 5, 8.

at longe diversa est altera, quae Polybi auctoritate refertur, nullo vinculo coniuncta, sed iuxta ea quae anteceduut collocata. hanc exploso Agrippae fragmento quod falso loco adspersum est, latino

---

[1]) cf. Mela 3, 107.

[2]) alia 3, 20 traduntur. sed Icosium procul dubio una cum Hispania Latium accepit cf. 3, 30. unde non necessario Mauretaniae descriptionem, qua Plinius utitur, sub Vespasiano scriptam esse sequitur.

[3]) adnotare non supervacaneum est in Pannoniae quoque descriptione, quam alinnde ad periegesiu additam esse demonstravimus, auctores coloniarum commemorari.

scriptori deberi Riesio concedo[1]). nam promunturium Solis pro Soloente (*Σολόεις*) est et flumen Quoseuum latinam scribendi rationem efflagitat nec minus Velatitae. certe interposita est 5, 8. deletur enim ea sententiarum nexus, cum verba *a monte eo* ad Atlantem respicere videantur, de quo 5, 7 agitur. tamen ea quae 5, 5 sq. legnntur, uullo modo coeunt cum 5, 9 sq., ita ut inter diversos auctores distribuenda siut. nam 5, 5 fluvius *Sububus*, oppidum *Sala* latinam formam induerunt: 5, 9 *Sububa* et *Salat* barbaram retinuerunt. poterat hic afferri Autotelum nomen 5, 9 cl. 5, 5 *Autololum gente*, uisi 5, 17 in eodem nomine codices adeo disseutirent, ut quid genuinum sit, nou liqueat. latinus igitur auctor quaerendus est cui Polybiana tribuantur. consideranti autem 6, 199 uon siue probabilitate nos Polybi testimouium ad Sebosum rettulisse, ubi de isdem regionibus res est, non absonum puto videbitur, 5, 9 sq. quoque eidem adscribere. cui coniecturae egregie favet Solinus qui 24, 15 haec exhibet: *haec de Atlante quem Mauri Addirim nominant, et Hannonis Punici libri et nostri annales prodiderunt, Iuba etiam Ptolemaei filius qui utriusque Mauretaniae regno potitus est.* ubi quamvis illa de Iuba depravata sint a Soliuo, cum nomen Addirim Hannoni adscribatur, Iubae id deberi cousentaneum est. eius autem *Λιβυκά* Seboso intercedente Plinium novisse supra p. 44 ex 6, 201 sq. couclusimus. de Varrone vero vix quisquam cogitaverit.

Polybiana narratio finitur una cum 5, 10; opponitur ei indigenarum doctriua 5, 13. 16, quae interrupta est Suetoni Paulini relatione. ita vero res se habet, ut Polybiaua suppleantur altera narratione. unde sane probabile est a Plinio et Polybiaua et indigenam doctrinam eidem auctori deberi. ac revera fluvius Salat, quam formam optimus codex Leidensis 5, 13 solus servavit, nominatur sicut in Polybianis. terminari autem initio 5, 16 Paulini memoriam inde cognoscitur, quod de Perorsis constat Plinio, cf. 5, 10. uec male quae de Iuba et Atlante 5, 16 referuntur, cum eis coniunguntur quae in fine 5, 13 commemorantur. Iubae vero nomen hic quoque Seboso acceptum ferri supra coniecimus[2]).

dein mutatur descriptio inde a Numidia 5, 22. hic tabulae ceusoriae eadem ratione cum ea coniunctae snnt qua iu Europa meridiaua[3]). ac revera tota narrationis indoles eadem est quae ibi. accedit quod Polybio auctore Plini fons utitur 5, 24 (Polyb. 12, 1. cf. 3, 23) 5, 26[4]).

---

[1]) GLM 1872 p. 5.

[2]) cf. p. 44.

[3]) de iteratione Castrorum Corneliorum 5, 24. 29 of. p. 98.

[4]) cf. M. C. P. Sohmidt, de Polybii geographia p. 24; Müller GGM. II p. 473.

nec non Agrippea adspersa sunt, sed ita ut ea ad descriptionem alius auctoris addita sint, non invicem. latinum denique quendam scriptorem Plinius hic quoque sequitur, id quod Melae similitudine probatur, nec recentioris originis vestigia inveni. tum maria quia cum ipsa ora non indicentur, ad eius descriptionem refertur id quod 5, 1 positum est *Africam Graeci Libyam appellavere et mare ante eam Lybicum. Aegypto finitur, nec alia pars terrarum pauciores recipit sinus, longe ab occidente litorum spatio obliquo* eqs. notio autem Libyci maris aliena ab Agrippa. nam is mare Africum appellat eam partem quae Mauretaniae Numidiae Africae obiacet, Creticum eam quae ante Cyrenen est, cf. Div. orb. 25. 26 Dimens. prov. 26. 27. contra mare Libycum idem valet apud Melam 1, 21 *mare quo cingitur* (Africa) *a septentrione Libycum.* hic autem in marium discriptione licet in Europa a Plinio recesserit, tamen eodem fundamento usus est quo Plinius, nempe Varrone. atque in Plini loco optimo iure Detlefsenus[1]) ad Europae illam divisionem provocavit propter verba *nec alia pars terrarum pauciores recipit sinus.* num igitur iusto audacior coniectura est, Varroni maximam partem Africae descriptionem deberi? ab Agrippa certe praeter quaedam supplementa, de quibus modo acturi sumus, ea profecta non est[2]). nam hic terras aliter disponit ac Plinius. ac primum Numidiam et Africam comprehendit, quae in descriptione diligenter seiunguntur. deinde eam partem orae quae est inter minorem Syrtim et Philaenorum aras ad Cyrenaicam refert, contra in periegesi ultra has Cyrenaica provincia est 5, 28. cf. 5, 38 *ad eum terminum* (Catabathmon) *Cyrenaica Africa*[3]) *a Syrti minore* |X| $\overline{LX}$ *in longitudinem patet, in latitudinem qua cognitum est* $\overline{DCCCX}$[4]). Dimens. 27 *Africa Cyrenaica, superior Libye ab oriente Catabathmo, ab occidente Syrti minore* eqs. denique Aegyptus ab Agrippa cum Africa coniungitur, in periegesi cum Asia: 5, 40 *Agrippa totius Africae a mari Atlantico cum inferiore Aegypto* $\overline{XXX}$| *longitudinem* (prodit) cf. Dimens. 28.

iam vero ubi rationem quam Agrippa suppeditat, subducimus, mensuras singulas in descriptione prolatas cum ea non convenire elucet. Agrippae autem sunt hae:

[1]) Hermes 21 (1886) p. 255sq.

[2]) nisi forte contaminationis indicium est quod 5, 25 *Thena* priore loco legitur, postea *Thenae.* nam utraque forma patronum habet: *Θενά* Strab. 831. 834 *Θέαιναι* (h. e. *Θεναι* vel *Θαιναί*) Ptol. 4, 3, 11 cf. 1, 15, 2.

[3]) quae significatio a periegesi plane aliena est, contra cf. Dimens. 27.

[4]) qui locus cl. 6, 209 Agrippae tribuitur ab Oehmicheno, *Plin. Stud.* 1880 p. 15. formula *qua cognitum est* praecipue Agrippae in usu fuit, cf. Dimens. 6. 8 Divis. 14.

Digitized by Google

5, 21	Mauretania	1038[1]) m. p.
5, 25	Numidia Africa	580[2]) m. p.
5, 38	Cyrenaica Africa	1069[3]) m. p.
	quae summa facit	2687 m. p.

restant igitur a Catabathmo ad Pelusium 322 m. p. quae mensura admodum quadrat. unde in universum numeri confirmantur. sed nos nunc de Syrtis minoris et Catabathmi spatio agimus, quod 1060 m. p.[4]) Agrippa numerat. quocum conferamus periegeseos mensuras:

5, 27	inter duas Syrtis	250 m. p.
	Syrtis maior circuitu	625[5]) m. p.

hanc usque ad Cyrenaicae finem extendi elucet ex 5, 31 *Berenice in Syrtis extimo cornu est.* accedunt mensurae huius terrae[6]):

5, 32	a Berenice Teuchiram . . .	43 m. p.
	inde Barcen	22 m. p.
	inde ad Phycunta	40 m. p.
	inde Apolloniam	24 m. p.
	inde Cherronesum	88 m. p.
	unde Catabathmum	216 m. p.
	Cyrenaicae longitudo . . .	433 m. p.

itaque a Syrti minore ad Catabathmum plus minus 1300 m. p. quae mensura cum Agrippeam excedat, haec omnia Agrippae vindicare non licet. accedit quod divervam indolem mensurae 5, 27 et 5, 32 ostentant: illae a Graecis ad millena stadia computatae sunt, has homo Romanus mensus est. diversam igitur prae se ferunt originem mensurationes. sed ut 5, 32 acrius intueamur, *Phycuus per Creticum mare excurrit, distans* $\overline{CCCL}$ *p. a. Taenaro Laconicae promunturio, a Creta vero ipsa* $\overline{CCXXV}$ utique ad Agrippam pertinent. nam Creticum ab eo id mare dici notavimus et diarma inter Cretam et Cyrenam eius est: cf. 4, 60 *ipsa* (Creta) *abest promunturio suo quod vocatur Criumetopon, ut prodit Agrippa, a Cyrenarum promunturio Phycunte* $\overline{<C>CXXV}$[7]). tum la-

[1]) numerum Dicuil 3, 1 et Mart. Cap. 669 tuentur. sed et Dimens. 25 et Divis. 26 foede corruptos exhibent.

[2]) hic quoque numerus consensu Dicuilis 3, 2 et Martiani 670 firmatur; ab eis Divis. 25 stat. in Dimens. 26 C erratum est.

[3]) *DCCCCLXXX m. p.* Dimens. 27.

[4]) hunc potius numerum quam Dimensurationis (980) cur probem, eo commoveor quod 980 m. p. computatis spatium Catabathmo Pelusium iusto longius fit.

[5]) numerus certus est cl. Eratosth. ap. Strab. 123 (cf. Agath. 3, 8).

[6]) eas ab Artemidoro alienas esse demonstravit Ruge, *quaestiones Straboniauae* 1888 p. 79 sq.

[7]) numerum correxi secundum 5, 32.

tinae formae optime ad Agrippam quadrant: *Cherronesum*[1]), *Catabathmum* (contra 5, 38 in periegesi *Catabathmos*). denique orae descriptio 5, 38 demum usque ad Catabathmon perducitur. Cyrenaicae igitur mensuras cum aliqua probabilitate Agrippae adscribimus[2]).

tum insulas 5, 41. 42 diverso tractu atque descriptionem Plinianam pertractari iam supra (cf. p. 78) monuimus. qua ratione eo artius cum ipsa periegesi coniunguntur. nam eius quoque ordinem a Plinio inversum esse ex 5, 25 colligo, ubi *Sabrata contingens Syrtim minorem* legitur. quae verba ubi ea peracta est, inepta sunt. contra optime se habent, ubi eo loco ad Syrtim acceditur. accedit alterum: idem enim quod in Europae insulis observavimus, una digressione quam plurimas absolvi, ad Africae quoque insulas pertinet: Cercinae situs a Meninge definitur 5, 41: *ab ea* $\overline{C}$ *contra laevum* (Syrtis promunturium) *Cercina:* clarius ea e. g. a Thenis esset definita[3]). huic adnectitur non solum Cercinitis, sed etiam Lopadusa. itaque quin insulae ad periegesin pertineant, dubitari nequit. ac favet huic sententiae Eratosthenes auctor 5, 41 laudatus. offenderis vero in iteratis nominibus Lopadusae[4]) Gauli Galatae Cossyrae cl. 3, 92. hinc de diverso auctore cogitaveris. itaque ut res sunt, agitur de Agrippa et Varrone. 3, 92 autem Melitae a Camerina mensura ab Agrippa est aliena, nam is a Pachyno spatium compntavit: Strab. 277 *πρόκειται δὲ τοῦ Παχύνου Μελίτη . . καὶ Γαῦδος ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτὼ μίλια τῆς ἄκρας ἀμφότεραι διέχουσαι*[5]). igitur 3, 92 Varroniana, 5, 41. 52 Agrippea dixeris exstare. at ne hic quidem desunt discrepantiae. duo enim Aegimoeroe[6]) percensentur, at Agrippa unam huius nominis insulam agnoscit, cf. Strab. l. l. *καὶ ἡ Αἰγίμουρος δὲ πρὸ τῆς Σικελίας καὶ τῆς Λιβύης*; cf. 5, 41 *contra Carthaginis sinum duae Aegimoeroe.* sed quaedam affinitas est ei cum

---

[1]) hoc oppidum in periegesi non commemoratur.

[2]) nnperrime Franciscus Bnecheler, mus. Rheu. 59 (1904) p. 638. 640 de oppidi Leptis nomine ageus 5, 31 *Lepci* traditum esse mouuit, quam formam indigenam esse comprobavit. idem qua est sagacitate de foutium diversitate 5, 31 et 5, 25. 27 cogitavit. non dubito quiu illa *abest ab Lepci* $\overline{CCCLXXV}$ cum sequentibus ad Agrippam pertineant. item Guilelmus Heraeus formam *Lepcis* vindicavit Archiv f. Lexic. 14 (1905) p. 276—278.

[3]) sicnt fecit Agathem. 21 GGM. II 483 *ὑπέρκειται δὲ πόλεως ἠπειρωτικῆς Θέννης, ἥ κεῖται τῆς μικρᾶς Σύρτεως ἐπὶ τῆς ἀρχῆς.*

[4]) 5, 42 *Lopadusa:* 3, 92 *Lepadusa.*

[5]) de parva differentia nil moror: 88 m. p. Strabonis chorographus, 87 m. p. Plin. 3, 92 nam 540 st. uterque computat.

[6]) sic secuudum Iaunm Silligiumque censeo legeudum. de toto loco conferatur Silligi adnotatio.

verbis: *Clupea*[1]) . . *cuius ex adverso Cossora*[2]) *cum oppido.* cf. Strab. l. l. *Κόσσουρα δὲ πρὸ τοῦ Λιλυβαίου καὶ πρὸ τῆς Ἀσπίδος*[3]) *Καρχηδονιακῆς πόλεως ἦν Κλυπέαν καλοῦσι, μέση ἀμφοῖν κειμένη καὶ τὸ λεχθὲν διάστημα ἀφ' ἑκατέρας ἀπέχουσα,* at *τὸ λεχθὲν διάστημα* apud Strabonem non invenitur[4]) cf. Plin. 3, 92 *a Libybaeo CXIII Cossyra,* quam mensuram vulgo sine sensu ad Melitam referunt. Varronis autem vestigia 3, 92 quoque exstare cl. Mela 2, 120 comprobatur. itaque utroque loco Plinius contaminatam Varronis Agrippaeque doctrinam videtur praebere.

restant Arae 5, 42 *scopuli verius quam insulae, inter Siciliam maxime et Sardiniam. auctores sunt et has quondam habitatas subsedisse.* quae quod inter Siciliam maxime et Sardiniam sitae esse dicuntur, orae Africanae pars significatur cui obiacent. nam cf. Serv. Aen. 1, 108 *haec autem saxa inter Africam (Siciliam)*[5]) *et Sardiniam (et Italiam)*[5]) *sunt; quae saxa ob hoc Itali aras vocant, quod ibi Afri et Romani foedus inierunt et fines imperii sui illic esse voluerunt.* pergit dein Servius qui dicitur auctus post alia: *quidam insulam fuisse hunc locum tradunt, quae subito pessum ierit*[6]). *Varro de ora maritima lib. I: ut faciunt hi qui ab Sardinia Siciliam aut contra petunt. nam si utramque ex conspectu amiserunt, sciunt periculose se navigare ac verentur in pelago latentem insulam, quem locum vocant Aras.* hic vero cavendum est ne quis hoc fragmento Varroniano abutatur, ut de ora maritima libros orae descriptionem continuisse contendat. neque enim ex descriptione insularum ea petita sunt, quae Servius e Varrone laudat, sed ad navigationis pericula spectant. tamen in universum ad originem Varronianam probandam sane uti possumus illo fragmento. nam Varronem alio quoque loco easdem insulas commemorasse minime a verisimilitudine abhorret.

iam post insulas gentes quae interiora Africae tenent enarrantur. egit nuper de earum tum apud Plinium tum apud Melam descriptione E. Schweder[7]), qui Plin. 5, 43—46 et Melae 1, 22. 23. 43—48. 3, 103 comparavit. idem in universum quaedam recte observavit, sed cum Plin. 5, 26. 27. 32 sq. neglexisset, factum est ut de Plinio perperam iudicaret: coniunxit enim aliena, disiunxit affinia. neque enim potest dubium esse quin duobus ex fontibus Plinius de illis populis rettulerit. iterantur Trogo-

[1]) hic latina forma exstat, at 5, 24 in periegesi graeca *Clypea.*
[2]) sic codd. ferme (*cossira* E[2]), cf. *Κόσσουρα* Strab. l. l.
[3]) hoc nomen apud Plinium non legitur.
[4]) nisi quis forte 88 m. p. respici putat.
[5]) haec in Cassellano solo leguntur.
[6]) cf. Plin. 5, 42 *auctores sunt et has quondam habitatas subsedisse.*
[7]) Philologus 47 (1) 1889 p. 636—643.

dytae 5, 34 et 5, 45: item de Garamantibus primum quidem, ut decet hominem sapientiae studiosum, agitur 5, 26 (cf. 5, 35sq.), deinde 5, 45 fabulosiora adnectuntur, item bis Augilae et Pharusii tractantur.

iam vide quo ordine procedat descriptio: Cyrene peracta ei populi enumerantur qui aut oram ipsam tenent aut non longe ab ea sedes habent. qua in enumeratione ordo quidam cernitur. progredimur enim ab oriente occidentem versus: Marmaridae circa Cyrenen collocantur, sequuntur Acrauceles, qui post Marmaridas habitant, ab eis occidentem versus iuxta Syrtim maiorem Nasamones, tunc Asbytae Macae vivont, nltraque eos Amantes[1]) inter dnas Syrtis. magis etiam ad occidentem verguntur Trogodytae, quos collocandos esse prope Mauretaniam ex Plinio apparet 5, 34. ibidem Strabo quoque Trogodytas qnosdam novit: 828[2]). atque hi orae vicini. at mediam Africam explent populi 5, 26 nominati Garamantes Psylli Augilae. quos a Plinio alio atque in fonte ordine ennmerari haud scio an recte inde concludam quod ab Angilis spatium computatur, ante quam de eis ipsis actum est. hoc sani scriptoris non est. itaque ab initio hanc quoque seriem ab oriente occidentem versns percensitam esse mihi persuasum est. sed ne hoc quidem omiserim verba *super illos fuere gens Psylli* tnnc tantum intellegi posse cum Varroniana de Psyllornm cnm Nasamonibns bello narratio nota est: cf. Plin. nat. 7, 14 Prisc. GL. II 524, 2 Charis. GL. I 110, 3 (nbi Epicadns cl. Serv. auct. Aen. 1, 649 haud scio an a Varrone oblatus sit) cf. etiam Plin. 21, 78[3]), at 25, 123 Plinius se ipsum Psyllos vidisse affirmat. ergo non interierunt. restat tertius ordo 5, 43. qui et ipse ab oriente incipitur. nam Libyes Aegyptii ab Aegypto haud procul abesse possunt. dein cursus usque ad Perorsos ducitnr, quos Mauretaniam attigisse tradunt. mediam autem Africam vastis solitudinibus occupatam esse. summopere vero dolendum est quod non liquido patet, ntrum Plini auctor Aethiopas usque ad oceanum produxerit an oceano terras ambiri negaverit. tamen illud utiqne verisimile est. sed unam et constantem in se esse hanc enumerationem licet affirmare. in qna illae gentes qnae 5, 44sq. tractantur, praeter supra nominatas locum non habent. nam cum Angilae medio fere spatio inter Syrtes et Aethiopas occidentales collocentur (5, 27), tota Africa expleta est.

[1]) hic memoratione dignum est Syrtes pluraliter de una minus usitate dici, at dixit sic Varro: Plin. 7, 14 (secundum Graecorum ut videtur usum cf. 6, 136. 194 nbi graecos auctores subesse censeo. quamquam graeca exempla lexica non suppeditant).

[2]) cave de eis haec accipias, qui inter Nilum et sinum Arabicum sedent. hi enim ad Asiam pertinent.

[3]) de Nasamonum nomine (cf. 5, 33) agit Serv. auct. Aen. 11, 265.

quo magis manifestum fit, id quod supra propter repetitiones statuimus, 5, 44—46 ea quae nescio quo auctore referuntur verbis *quidam . . . interposuerunt*, quasi supplementa interioris Africae ab initio non pertinere ad descriptionem. latino vero auctori ea deberi vel verbis *eosque iuxta* demonstratur, quae collocatio contra Plini usum est. ex eodem fonte quaedam repetuntur 6, 197 eodem pronomine *quidam* introducta.

haec quidem ex ipso Plinio manifesta sunt. quem vero illum auctorem secundarium fuisse credendum sit, ex Mela perspicitur. apud hunc quattuor locis de illis gentibus agitur: 1, 22. 23. 1, 43—48. 3, 95. 3, 103. ex his 1, 22. 23 in generali Africae descriptione ante periegesin collocata sunt. primum qui oram tenent afferuntur: 1, 22 *in ea parte quae Libyco* (mari)[1]) *adiacet . . . confinia possident.* tum bis sicut in Plini fonte ab oriente ad occasum proceditur:

1) Libyes Aegyptii Leucoaethiopes, Gaetuli (cf. Plin. 5, 43 in.). deinde desertis interpositis

2) Garamantes Augilae Trogodytae Atlantes.

denique 3) in Africa intima fabulosi illi Aegipanes Blemmyes Gamphasantes Satyri (cf. Plin. 5, 44). horum apud Plinium in ipsa descriptione ratio non habetur. sed magni momenti est Atlantas apud Melam eo fere loco apparere quo apud Plinium Amantes. igitur apud illum Atlantes locum Amantum occupavere, postea eo loco quo antea legebantur, omissi sunt.

porro minime neglegendum est, ubi descriptione peracta amplius de illis populis agitur, solum de eis verba fieri qui secundo et tertio loco nobis enumerati sunt. in Plini vero narratione 5, 32 sq. sana et sobria referuntur de eis quos secundo loco posuimus, hariolatur is unde 5, 44 sq. addita sunt similia atque apud Melam 1, 43—48.

quae res obscura quam maxime, si coniectari fas est, ita se videtur habuisse: primum solum in fonte communi eae gentes quas primo alteroque loco composuimus, exstabant. tunc apud auctorem y (cf. p. 81) de gentibus secundi ordinis fabulosa quaedam adnexa sunt, cum illa de tertio ordine adderentur. tamen hoc clare perspici censeo, primarium ordinem gentium 1) et 2) in communi fonte eum fuisse, ut ab oriente ad occidentem pergentur. quem cursum Plini auctorem in ora quoque tenuisse demonstravimus. itaque 1) et 2) ad auctorem x. (cf. p. 81) i. e. Varronem, additamenta fabulosa cum 3) ad auctorem y pertinere iudico.

5, 47 *adhaeret Asia* quae nobis absolvenda est, priusquam Africae oram exteriorem accedamus.

[1]) nota notionem Varronianam.

atque in fronte descriptionis, ut par est, mensurae generales constituuntur, unde novum argumentum accedit nostrae de inverso descriptionis Africanae ordine sententiae. nam 5, 40 Polybi et Eratosthenis mensura peracta ora septentrionali exstat. cum vero 5, 47 mensuram Eratostheneam non ex Isidoro petitam esse supra demonstraverimus[1]), eam cum periegesi coniungere non dubito. accedit quod Eratosthenes auctor ad Varronianam originem egregie quadrat. quae si recte disputata sunt, apud Varronem Asiae oram internam eodem ordine pertractatam esse probabile est, quem Plinius sequitur. ac profecto in periegesi ipsa indicium non inveni, quo quis contrarium probaret.

dein post additamentum Isidorenm *universam* . . . [L] XIII DCCL quae leguntur: *maria eius complura ab accolis traxere nomina, quare simul indicabuntur*, Varroni deberi proclivis coniectnra est, quam Detlefsenus quoque comprobat[2]). nam Romano auctori ea deberi idem acutissime inde conclusit, quod 5, 102 Asiaticum mare ad Romanam provinciam spectat. tamen errat cum periegesin cum illa partitione male convenire dicit. modo aliena exsecentur, planus consensus est. sed de hisce infra in singulis terris agendum est.

bene dehinc procedit descriptio, ita ut primum in universum de situ agatur. quod vero dicitur: *inferiorem eius partem Nilus dextera laevaque divisus amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco* eqs., Aegyptus quamvis ab Africa diserte segregetur, id quod maxime contra Agrippeam originem facit, tamen quodammodo ab Asia quoque disiungitur, ita ut quasi mediam inter utramque partem teneat. haec haud scio an nobis eum auctorem indicent, qui Timosthenis de Aegypto quarta parte mundi — nempe quia Nili Canopico ostio ab Africa, Pelusiaco ab Asia secluderetur — sententiam quamquam non probavit suamque fecit, attamen mentione dignam iudicavit: ad Varronem (cf. Comm. Bern. Luc. 9, 411 *quidam diviserunt orbem in duas partes, ut Varro, id est Asiam et Europam, quidam in tris Asiam Europam et Africam, ut Alexander, quidam in quatuor adiecta Aegypto, ut Timosthenes*).

etiam sequentia usque ad finem 5, 48 ad periegesin haud male quadrant. nam summa pars ita dicitur ut ora respiciatur[3]). ac merito primo loco ea breviter absolvitur, ut postea orae descriptio ne interrumpatur. quae vero inde a 5, 49 exstat nomorum enumeratio,

[1]) cf. p. 33.

[2]) Hermes 21 (1886) p. 258.

[3]) hic semel moneo in tota Plini descriptione ne unum quidem locum esse, quo *infra* et *supra* aliter accipi liceat, nisi ita ut ora spectetur. cave igitur de tabularum pictarum usu hinc quicquam colligas.

ea tam abrupte iuxta posita est, ut vel inde alii auctori eam deberi concluseris. sed alio qnoque nomine ab reliqua descriptione differt. Libya enim Mareotis ad Aegyptum refertur 5, 49 fin. quae discriptio a periegesi aliena est: cf. 5,39. immo ne cum Asia quidem ea terra coniungitur. itaque nomorum catalogus ad auctorem quendam referendus est, qui Libyam Mareotidem Aegypti nomine comprehendit, aut Asia usque ad Catabathmum propagata ant Aegypto in Africam adscita. illud apud Melae auctorem factum est, cf. p. 73, hoc apud Agrippam. ille vero qualis ingenii fuerit, ex fabulis de Africae interioris populis enarratis exornatisque luculenter apparet. sed de Agrippa auctore cogitare non licet propter ea quae 5, 50 exstant: *cui* (pago Memphitico) *sunt contermini ex Africa duo Oasitae.* haec non intelleguntur, ubi Aegyptus ipsa Africae addicitur. ex latino antem auctore enumerationem petitam esse haud scio an recte odorari mihi videar propter formas *Ptenethus* et *Ptemphus* pro nomis *Phthenotae* et *Phtheraphuth.* nam Plinius ipse externas formas diligenter servare assolet, ita ut vix hic illic in unum alterumque codicem inrepserit latina scriptura *pth* pro $\varphi\vartheta$[1]).

Romano igitur illam enumerationem tribuendam esse indico: quis sit, ex seqnentibus efficimus. nam 5, 51 sq. de Nili origine doctam narrationem Plinius adnexuit. quam Iubae potissimum anctoritate niti, qui nominatim adfertur, apparet. nam eius opinio tamquam certa profertur. tamen non eo ipso Plinium usum esse cum aliis de causis supra p. 44 statuimus, tum propterea credendum est, quod male inter se conveniunt 5, 51 *Nilus incertis ortus fontibus* et *originem . . in monte inferioris Mauretaniae non procul oceano habet.* haec Iuba ipse scribere non potuit, potuit qui eius sententiam rettulit. eadem vero ratione partes mundi dividuntur qua 5, 50. nam 5, 53 leguntur: *Africam ab Aethiopia*[2]) *dispescens.* denique Clandi imperium commemoratur 5, 58.

qnibus rationibus dncti Iubae doctrinam supra Seboso vindicavimus. cui opinioni favere quodammodo videtur, quod similia de Nilo apud Melam quoque 3, 96. 3,98 exstant. quibus locis aperte Iubae doctrina exstat. quid quod Hesperii qnoque Aethiopes secundum huius usum dicuntur. cf. Plin. 6, 195. 8, 77[3]) et Mela 3, 98. in fine

[1]) cf. W. Schnlze, ind. lect. hib. Marburg. 1885 p. XXV.

[2]) nempe ab orientali.

[3]) baec cnm mirum in modum cum Melae verbis congruant, ex eo fluxisse Schweder, Philol. 46 (1888) p. 315 adn. 25 statuit. boc Münzero l. l. p. 53 persuasit, mihi non plane. nam quamvis verba admodnm congruant, tamen quaedam differentiae sunt.

eius descriptionis 5, 59 Artemidorum et Aristocreona laudatos invenimus. una cum Iuba illos ex Isidoro additos supra p. 36 coniecimus, additos esse vel inde perspicitur, quod Artemidorus a Delta spatium dimensus est; nam adduntur *et in eo CCL oppida fuisse.* hic vero contrarius cursus exspectatur. accedit contortus sermo, quo non simpliciter ab uno haec petita esse demonstratur. notanda est autem discrepantia quae est inter 2, 183 et 5, 59: hic Elephantis ab Alexandria $\overline{\text{DLXXXV}}$ p. abesse dicitur (i. 4680 stad.), illic mensura Eratosthenea[1]) Alexandria Syenen profertur $\overline{\text{DCXXV}}$ i. 5000 stadiorum, quae aliquanto amplior est. contrarius ordo in hoc quoque enuntiato cernitur: *Elephantis insula intra novissimum catarracten* $\overline{\text{IIII}}$ *p. et supra Syenen* $\overline{\text{XVI}}$ *habitatur.* ergo liquido patet duas descriptiones esse coniunctas.

continuatur 5, 60 sq. Nili descriptio Sebosea. nam oppida eo ordine enumerantur, ut cum Nilo procedatur: hoc tractu nos ferri apparet ex verbis 5, 60 *Tentyris infra quod Abydus.* quod vero proprium est huius descriptionis, eloqnar: latina enim nomina pro graecis substituuntur, cf. etiam 6, 61 *turres quae pyramides vocantur.* igitur eadem est adfectata latinitas, quam 6, 201 quoque in Seboso invenimus. qua re egregie nostra de origine Sebosea sententia confirmatur.

iam vero paulo redeamus ad nomorum catalogum: eadem ratio perspicitur 5, 50 *Heracleopolites est in insula Nili longa p.* $\overline{\text{L}}$ *in qua est oppidum Herculis appellatum.* notandum etiam eorum nomorum qui quasi pro varia lectione 5, 50 referuntur[2]), oppida Heroopolis et Crocodilopolis 5, 60 sq. non percenseri. una igitur atque in se constans descriptio est.

quamquam uno loco praeter Isidorea (5, 59) interrumpitur ordo continuus. nam cf. 5, 60 *Aegyptus super ceteram antiquitatis gloriam* $\overline{\text{XX}}$ *urbium sibi Amase regnante habitata praefert, nunc quoque multis etiam ignobilibus frequens.* quae haud scio an inter descriptionem quae Nili cursum sequitur, interposita esse recte sentiam. accedit quod illa *multis etiamsi ignobilibus* eum potius sapiunt, qui pauca quaedam delibaturus est, non enm, qui admodum accurata disquisitione de eis acturus est, id quod sane fit et 5, 60. 61 et 5, 49 sq. nomorum enumeratione.

sed haec in sensu posita esse dixeris, argumenta desideras. at ne haec quidem desunt. nam postquam 5, 61 usque ad scissuram Nili descriptio pervenit, ad oram satis abrupte transitur 5, 62 *sed iure laudetur in litore Aegyptii maris Alexandria* eqs. deinde 5, 64 Cynopolis

[1]) cf. Plin. 6, 183 Arr. Ind. 25, 7 al.

[2]) *quidam ex his aliqua nomina permutant et substituunt alios nomos ut Heroopoliten et Crocodilopoliten.*

iterum percensetur, quod oppidum iam 5, 61 absolutum est. error autem Plini eo facilius excusationem habet, quod hic Canum oppidum dicitur. tum ille auctor, quem inde a 5, 62 sequitur Plinius, terras aliter discripsit, quam Sebosus, quem Libyam Mareotidem cum Aegypto coniunxisse et eius fines usque ad Catabathmon produxisse supra vidimus. at 5, 62 *Alexandria a Magno Alexandro condita in Africae parte* eqs. diversus igitur is auctor ab Agrippa, diversus a Seboso. sed quis sit, ex notione Aegyptii maris efficio: haec procul dubio ad eum pertinet, qui illa scripsit 5, 49 *maria eius* (Asiae) *complura ab accolis traxere nomina.* adde quod 5, 62 Eratosthenea de Alexandria enarrantur (cf. Strab. 793). denique periegesin oram sequentem agnoscimus: quid multa? Varronem manifesto tenemus. sed Claudi Caesaris fragmentum quo auctore interpositum sit nescio, nisi forte sicut 6, 128 ita hic quoque Mucianus id praebuit. cui coniectura firmandae accomodatum est, quod 5, 50 ex eodem simillimum additamentum factum est. tamen certa ratione hoc demonstrari non posse concedo.

5, 65 transitur ad Arabiam, cuius descriptionem e Romano auctore fluxisse certo demonstratur nomine oppidi Aelanae 5, 65, cf. 6, 156 et supra p. 36. ab Agrippa vero eam alienam esse propterea iudico, quod eius mensura 5, 65 postea inserta est[1]). nec minus a periegesi alienum fragmentum quod supra p. 103 cl. Dimens. 4 et Divis. 19 Agrippae vindicavimus: 5, 67 *longitudo eius* (i. Syriae) . . *Zeugma CLXXV.* ad alium enim Syriae ambitum pertinet ac periegesis. contra ea quae de huius terrae nominibus antea traduntur, ad eam accommodata sunt. notandum est vero in Syria circumscribenda sicut in Aetolia (4, 6) et alibi historicas valuisse rationes nec determinari provinciam Romanam quam Agrippa metitur, sed regnum Seleucidarum. Varroniana deinde tenemus 5, 67 in hoc quoque enuntiato: *id quod praeiacet mare totum Phoenicium appellatur*[2]) cl. 5, 47 et 5, 128[3]).

itaque amplior Phoenices significatio sublucet, cuius vestigium 5, 69 quoque cernitur: *Iope Phoenicum* (cf. Mela 1, 64). at in recentiore descriptione quam iuxta Plinius adhibuit, Caesarea finis Palaestinae est 5, 69.

5, 68 rursus a Pelusio incipitur oraque describitur. at 5, 65 diserte dictum est Arabiam nisi Casio monte nobilem non esse: diver-

[1]) cf. Oehmichenus, *Plin. Stud.* 1890 p. 20.

[2]) contra Agrippa Aegyptio mari non Syriam, sed etiam Asiam allui voluit, cf. Dimens. 4. Divis. 19.

[3]) de ultimis vero huius paragraphi verbis supra egimus, cf. p. 87.

sorum auctorum vestigia manifesta. accedit quod Idumaea in periegesi, ubi Syriae partes multis nominibus significantnr, non exstat. cf. 5, 66 *namque Palaestine vocabatur, qua contingit Arabas.* alia diversitas in eo posita est, quod 5, 66 Iudaea inter partes Syriae refertnr, 5, 70 diserte ab eadem seiungitur: *pars eius* (Iudaeae) *Syriae iuncta Galilaea vocatur.*

denique recentioris qnoque originis indicia haud desunt: 5, 69 *Stratonis turris, eadem Caesarea ab Herode rege condita, nunc colonia Prima Flavia a Vespasiano imperatore deducta.* 5, 49 *Sebaste.* 5, 70 *in qua fuere Hierosolyma.*

ac ne hoc quidem videtur praetermittendum esse totam illam descriptionem 5, 70—74, sicut a periegesi aliena est, ita extra orae descriptionem esse positam. nam 5, 68—69 periegesin cum recentiore descriptione coninnctam esse ostendimns.

sed quis fnit recentior ille auctor, immo recentissimns, si qnidem recte coloniae Primae Flaviae mentionem ad eum rettnlimus? qua in quaestione maxime memorabile est ripas lacus Genesarae eo ordine adiri, ut caeli plagae quasi orbe circumeantur. id quod nt ab Agrippa alienum est[1]), ita eis locis apparet, qnos aliis rationibus commoti Muciano tribuere conabimur: 6, 113. 114. hic ab oriente ad meridiem transitnr, inde ad occidentem, cf. etiam 5, 72 *ab oriente . . . a meridie . . .* 5, 73 *ab occidente.*

Mucianus autem graecos secntus plerumque scriptores, in vertendo textu non semper ab erroribus cavit. sic 5, 70 quoqne graeca snblucet origo: *Iordanes amnis oritur ex fonte Paniados:* ἐκ κρήνης Πανιάδος feminina forma parum apte servatur.

quae coniectura de Mucianea origine eorum quae 5, 68—70 ad periegesin Varronianam adduntur, haud mediocriter fulcitur eo quod paulo ante in Aegypto describenda Mncianns 5, 50 et, si meam de Claudio suspicionem probas, etiam 5, 63 adhibitus est.

sed praeter Varronem Agrippam Mucianum quartus quidam auctor cognoscitur in verbis 5, 67 *qui subtilius dividunt, circumfundi Syria Phoenicen volunt, et esse oram maritimam Syriae, cuius pars sit Idumaea Iudaea, dein Phoenicen, dein Syriam.* cuius divisionis in orae descriptione 5, 68sq. rationem non haberi in propatulo est. nam Varro Phoenicen longius extendit et pro parte Syriae habuit, secundum Mncianum autem Iudaea neque pars Syriae est nec mare tangit. quamobrem subtilior illa partitio ad nentrum quadrat. atqne eam non solum tamquam

[1]) ei enim caeli plagas ita enumerare moris est, ut post ortum occidens, dein septentriones, ultimo loco meridies sequatur, id quod omnibus fere fragmentis confirmatur.

aliorum quorundam scriptorum sententiam temere adici, ex 5, 79 cognoscitur, ubi banc divisionem sequitur Plinius: *hinc rursus Syria, desinente Phoenice.* Agrippa vero excluditur eo quod Syriam latius patere censet.

ex Plini autem auctoribus unus contrario ordine oram videtur legisse. nec enim alias intellegi possunt quae 5, 68 exstant: *Gaza et intus Anthedon,* quae aperte falsa sunt: nam invicem res se habet. itaque in fonte sic fere scriptum erat: *Ἀνθηδών, ἐντὸς Γάζα,* unde facile error nasci potuit. graece verba scripsi ea re commotus quod Isidorum [1]) inverso tractu processisse infra demonstrabitur. tamen si quis Mucianum erroris ansam dedisse suspicatur, non habeo quo eum refellam. Varronem eodem cursu quo Plinium esse progressum supra indicavimus: cf. p. 156.

cur vero Plinius hic tot auctores adierit, quorum disiecta membra agnovimus, si quis quaesiverit, in promptu erit quod respondeatur. postquam enim Iudaei defectione acerrimoque bello oculos imperii in se converterunt, procul dubio Plini quam maxime intererat plura proferre, quam in vulgaribus libris ferebantur. itaque quem magis idoneum scriptorem invenire potuerit quam eum qui una cum imperatore amico Plinique fautore ibidem res gesserat, frustra circumspexeris.

5, 75 reditur ad oram atque Phoenicen. hic rursus Varroniana, quae Melae comparatione cernuntur, recentioris auctoris doctrina amplificata sunt: 5, 75 *colonia Claudi Caesaris Ptolemais, quae quondam Acce.* quem scriptorem iterum Mucianum esse licet opinari. respicitur enim 5, 77 Decapolitana regio, quae 5, 74 cum Mucianeis describitur, non nominata inter partes Syriae 5, 66. dein levius quoddam addo argumentum, tamen fortasse non omnino spernendum: eadem enim varietas eademque fluctuatio in nominibus Iudaicis, quae a littera *g* vel *z* incipiunt: 5, 70 *Gophaniticam* codd. (sic saepius Iosephus); sed *Zophaniticam* legit Robertus. 5, 77 *Gimyram* codd. 5, 78 *Zimyram* codd. 5, 78 *Zicarda* codd., *Gigarda* vulgo, *Γίγαρτον* Strab. 755. in hac inconstantia haud scio an auctor aliquis ostendatur, barbara nomina auribus excipiens. id quod ad Mucianum egregie quadrarit.

tum 5, 79 ad alium auctorem transitur, nempe ad eum qui subtiliorem divisionem 5, 67 proposuit. quis vero ille fuerit, haud scio an liceat conicere cl. Steph. s. v. *Κάρνη: Κάρνη πόλις Φοινίκης . . . Ἀρτεμίδωρος δ' ἐν τῷ δεκάτῳ βιβλίῳ φησὶν· ἔστι Κάρνος καὶ συνεχῶς Πάλτος, εἶτα Γάβαλα πόλις.* quibuscum conferas Pliniana: *oppida Carne Balanea Paltos Gabala.* quibus ex oppidis nullum apud Melam commemoratur.

[1]) de eo paulo post verba facienda sunt.

ex Artemidoro autem ea petita esse non possunt. alia enim forma nominis Carne utitur: *Κάρνος*, desideraturque apud enim Balanea, quod ne quis inter *Κάρνος* et *Πάλτος* inserat, cautum est voce *συνεχῶς*. tamen haec similitudo viam nobis ostendere potest[1]). nam cum subtilior illa divisio a Varrone, Agrippa, Muciano aliena sit, quartus requiritur auctor, quem Isidorum esse conicio. quamqnam scio argumenta certiora exspectari, ut coniectura probetur, tamen propter penuriam omnium rerum quibus lux afferatur huic loco, in praesens opinatione contenti esse debemus. quae non tam infirma videbitur, ubi Isidori plura evasere fragmenta. itaque quamquam de nomine licet ambigere, tamen de novo auctore non item.

tum interiora tractantur: 5, 81. 82. in quibus ordo elementarius Cuntzio ansam dedit, ut ex laterculis censoriis quaedam petita esse statueret[2]). tamen ei non omnia praebuerunt quae nunc hoc loco legimus. itaque coniunctos esse conicio cum alterius scriptoris narratione. ad periegesin autem supplementa non pertinent. nec enim inter Syriae nomina Cyrrestica enumeratur. quam notionem novit qui 6, 24 Armeniae descriptionem Plinio suppeditavit, b. e. Mncianus, sicut infra probare conabimur. idem novit amnem Marsyam 5, 81 cf. 5, 86.

sequitur Euphratis descriptio 5, 83—5, 90 qna eius cursus a fonte enarratur. innexa est pars Mesopotamiae et Arabiae. pergitur longo demnm intervallo 6, 117 sq. orditur autem Plinins quasi quadam excusatione: *et de Euphrate hoc in loco dixisse aptissimum fuerit.* vel hac re admodum perspicue indicatur Euphratis descriptionem a periegesi alienam esse. ac profecto non erat cur ad Euphratis cursnm enarrandum bic periegeseos auctor digrederetur, quippe qui a mari fluviorum quoque cursus persequi soleret. accedit quod in periegesi Arabia *εὐδαίμων* ad sensnm accommodate *beata* 5, 65 dicitur, bic 5, 87 pervulgato nomine *felix*[3]). latino antem auctore in ea parte Plinium usum esse certo evincitur argumento[4]). nam 5, 90 contra Plini consuetudinem comparativus adiectivi *dexter* legitur, quem ille secundum artis praecepta respnit: *dexteriore .. alveo.* dein quis ille fuerit, non est

[1]) Strab. 753 *Γάβαλα. εἶτ' ἤδη ἡ τῶν Ἀραβίων παραλία, Πάλτος καὶ Βαλανεία καὶ Κάρνος, τὸ ἐπίνειον τῆς Ἀράβου.* quae ex Artemidoro fluxisse Ruge, *quaest. Strab* 1888 p. 48 negat. qui cautius opinor dixisset haec non ex solo Artemidoro petita. nam cousentit Strabo cum eo in nominis forma *Κάρνος*.

[2]) 1890 p. 476.

[3]) 6, 138 ex graeco fonte mansit graeca vox *Arabia Eudaemon.*

[4]) latinam formam Arabes quoqne Praetavi ostentant: 5, 86. cf. etiam 5, 88 *Palmyra .. privata sorte inter duo imperia summa Romanorum Parthorumque, et prima in discordia utrimque cura.*

dubium. laudatur enim initio eius partis Domitius Corbulo, sed ita ut auctore Muciano corrigatur. unde iam supra p. 25 cum Brunnio Mucianum hic adhibitum esse conclusimus[1]). quae sententia errore quodam videtur commendari. nam Euphraten oriri supra Zimaram XII p. contra rationem dictum est. atque in proximis sane mensuris recte numeri procedunt ad milia redacti. sequitur autem 5, 85 alia metiendi ratio: *trischoena mensura*. unde fortasse Muciano pro XII p. XII *σχοίνους* scribendum fuisse conieceris. quales errores ille haud semel commisit, cf. 4, 67 ubi CLX p. pro 160 stadiis scripserat.

deinde ubi 5, 91 ad oram reducimur, diversitas quaedam existit inter hunc locum et 5, 80. nam 5, 80 Amanus *ab Syris Ciliciam separat*, quocum loco convenit Mela 1, 69. at 5, 91 inter Syriae finem et Amani portas flumen Diaphanes et mons Crocodilus enumerantur. haec igitur ab alio auctore sumpta sunt. contaminationis autem hoc quoque indicium est, quod oppida turbato ordine percensentur. qua in re memoratione dignum videtur, quicquid cum Mela convenit Plinio, optimo ordine se excipere, extra ordinem collocata esse supplementa. ex eis autem videtur cognosci posse, eorum auctorem contrario tractu processisse ac Plinium. conferas quaeso: *Cibyra . . Selinus Arsinoe Iotape*, ut ignota aut dubia praeteream. sed de auctore supplementorum nunc quidem iudicium suspendere cautius est: periegesin ad Varronem pertinere eo quoque demonstratur quod vestigia cernuntur formae illius Varronianae: 5, 91 oppida a Mallo usque ad Anchialen enumerantur, postmodo 5, 92 amnes Saros Cydnos: cf. etiam 5, 93 *sed in continente oppida Mysanda Anemurium Coracesium*[2]) . . . *praeterea intus flumina Liparis Bombos Paradisus, mons Imbarus*.

porro 5, 94 gentem Isauricam ab omnibus neglectam esse Plinius queritur. itaque apud auctorem periegeseos desiderabatur. ac profecto Isauros usque ad oram non potest protendere, qui Ciliciam Melane fluvio finit (5, 93). hanc vero divisionem periegeseos esse probabile est, cum oppida usque ad eum amnem enumerentur. sed unde Plinius Isauros novit? nimirum ei dicendum fuit Ciliciam Pamphyliae iunxisse omnes praeter unum, unde ipse notitiam prompsit. cui vero gentis Isauricae mentionem debeat, odorari aliquatenus mihi videor. recentiorem enim fuisse eum quam periegeseos auctorem, i. Varronem, inde perspicitur quod finis ibi probatus *antiquus* dicitur. dein Romanis auctoribus cur Isauriorum gentem non diserte commemorarent, iusta erat causa: Romana enim provincia Ciliciae Pamphyliam attingebat.

[1]) ad eius aetatem Claudiopolin 5, 85 accomodatam esse adnoto.

[2]) hic oppida ex tabulis censoriis inseruntur.

Isauria autem ante Antonium (36a.) non usque ad mare pertinebat, postea cum Galatia iuncta erat. quae cum ita sint, graeco haec scriptori vindicare ausim. quae opinio confirmabitur, si seriem oppidorum contemplati erimus. nam quamvis brevis sit, tamen eam ad elementa graeca compositam esse elucet: *Ἴσαυρα Κλίβανος Λάλασις*. ex graecis vero auctoribus cum praeter Isidorum nemo Plinio ipse praesto fuerit, huic illud supplementum deberi iudico.

dein cum Isauriis gens Omanadum arte conexa est apud Plinium. eidem se eam acceptam ferre ipse admodum perspicue indicat. Omanades autem cum Ciliciam versus habitarent, is unde Isaurii et Omanades translati sunt, contrario ordine ac Plinius processit. quamobrem supplementa descriptionis Ciliciae 5, 91. 92 quae modo tractavimus, ipsa quoque Isidoro tribuere debemus. ac iam mente redeas ad Syriae oram ubi inversi ordinis exemplum supra p. 161 deteximus: ibi quoque Isidorum subesse concedes: 5, 68. unde haud mediocriter firmatur quod ibidem posuimus subtiliorem illam Syriae divisiouem ad Isidorum esse referendam, cf. p. 162.

contra quae de Pisidis 5, 94 narrantur, ea Isidoro abiudicare audeo. nam Artemidorus, quo illum praecipue duce usum esse ex eis locis apparet, quibus Artemidorus intercedente Isidoro ad Plinium pervenit, cf. supra p. 35sq., multo largiora praebuit: Strab. 570. in Plinianis autem tabularum censoriarum vestigia Cuntzius invenit. quamquam Sagalesson[1]) propter graecam formam ab eis procul habendam iudico.

similis commixtio facta est in Lycaoniae descriptione 5, 95. nam licet priorem partem e tabulis censoriis fluxisse minime negem, tamen inde a verbis *ipsius Lycaoniae* ad alium auctorem transiri haud scio an recte sentiam. nam discrepant haec a tabulis: Thebasa 5, 95 Lycaoniae adscribitur, at 5, 147 Thebaseni inter Galatas percensentur. quod postquam cognitum est, de Iconio quoque aliter iudicandum videtur nobis atque Cuntzio[2]). nam idem oppidum iam 5, 93 commemoratum esse ne eum quidem fugit. quod vero de duobus oppidis eiusdem nominis cogitat, cum de altero plane nil sciamus, parum probatur. itaque altero loco nomen a laterculis censoriis alienum iudico; utro vero ad eos additum sit, parum liquet. tamen 5, 93 alia quoque additamenta facta esse consentaneum est: (Seleucia) *supra amnem Calycadnum*. qua in quaestione solvenda haud scio an pronominis *ipse* usus

[1]) *Σαγαλασσός* Artem. l. l.

[2]) 1890 p. 487.

utilis esse possit. eo enim additamenta inducuntur[1]). tunc antecedentia ad tabulas referenda sunt.

Lycaoniae autem descriptionis pars altera, quae a verbis *ipsius Lycaoniae* incipit, a periegesi secludenda est, ad quam 5, 96 *Pamphylia* etc. reditur, cf. 5, 94 *Ciliciae Pamphyliam omnes iunxere*. adde quod Arycanda oppidum Milyis 5, 95 adscribitur, contra fluvius Arycandus et oppidum Limyra, iuxta quod Arycandam sitam esse Hierocles[2]) testatur, 5, 100 ad Lyciam refertur.

cui vero tribuenda sint illa, quaesiveris. quod certa ratione quo demonstrem non habeo. itaque a coniecturae periculo pendemus. aliena autem sunt a periegesi propter Arycandam nec minus id quod per se patet a tabulis censoriis propter Thebasam cl. 5, 147. tamen latinum auctorem subesse existimaverim propter vitatam formam breviorem *ac* ante gnttnralem[3]), quam Plinium ipsum non fugisse Thes. ling. lat. II 1048, 75 monui, et propter vocem *confinium*, quae in eis potissimum partibns legitur, quas Muciano tribuenda esse fere constat. sed invalida haec argumenta nec idonea, quibus origo Mucianea satis comprobetur. quamobrem liberum unicuique iudicium relinquimus. sed 5, 96 periegesin adiri certnm est. nam eo pertinet sententia *mare Pamphylium Cilicio*[4]) *iungitur* (cl. 5, 47), eodem quod secretim oppida mons amnes percensentur. cf. p. 163.

dein transitur ad Lyciam; ac ne hic qnidem a periegesi Varroniana Plinium descivisse vel primis verbis (cl. 5, 47) cognoscitnr: 5, 97 *iunctum mare Lycium est gensque Lycia*. Tauri autem descriptionem ad eandem pertinere Melae consensu probatur, cf. 1, 81 sq. dein Lyciae descriptio currit usqne ad verba 5, 101 *et quae Lyciam finit Telmessus*. in qua iusto omnia ordine procedunt nec cernitur contaminationis indicium. sed post illa verba quae exscripsi, quaedam interposita sunt. initio autem § 102 ad periegesin redimus: *a Telmesso Asiaticum mare sive Carpathium et quae proprie vocatur Asia*. haec latinam originem prae se ferunt, sicut iam Detlefsenus[5]) notavit. tamen errat quod eius circumscriptionis in periegesi rationem haberi negat: cf. 5, 142 *Asiam*

---

[1]) cf. Oehmichenus, *Plin. Stud.* 1880 p. 11.

[2]) p. 683, 7.

[3]) cf. 5, 89 *Hierapolis ac Beroea et Chalcis*.

[4]) Cilicium mare in ipsius terrae descriptione non legitnr 5, 91—93. tamen hoc neglegentiae Plini imputandum esse praeter 5, 96 ex 5, 129 efficitur, ubi Cilicii maris insulae percensentur. Agrippa autem Aulona Cilicium nuncupavit eam maris partem quae est inter Cyprum et Cilicium: Dimens. 5.

[5]) Hermes 21 (1886) p. 259.

Bithyniamque disterminans. Asiaticum autem mare Agrippa non novit, qui cum vulgo Aegaeum ante oras Asiae nuncupat: cf. Plin. 5, 102 Divis. 16. Agrippeae autem divisionis quam propter viri auctoritatem Plinius omittere noluit, praeter hunc locum tota descriptione nec vola nec vestigium, nisi quod una ex ea mensura 6, 24 repetita esse videtur. nam ibi verba *itaque ibi longitudo Asiae* |*XII*| $\overline{L}$ *efficit, latitudo* $\overline{DCXL}$, quamvis particula *itaque* coniungi videantur cum antecedentibus, extra Armeniae descriptionem posita sunt. efficiuntur autem illi numeri 1250 et 640 additis singulis qui 5, 102 proponuntur (cf. Div. orb. 16, 17):

long. 470[1])	lat. 320
575	325 (320 hic Dicuil)
1045	645

non plane eidem eveniunt numeri, sed simillimi. itaque a librariis aliquid peccatum esse mihi persuasi.

restat supplementum illud[2]) quod inter periegesin interpositum esse supra monuimus. quod ab eo alienum est cui 5, 95 altera pars debetur: nam ibi Milyae iam absolvuntur. quorum oppida Podalia et Choma hic enumerantur. equidem haud scio an duae series oppidorum exstent ad graecas litteras dispositae: *Canas, Candyba*[3]) *Podalia Choma* et *Ascandiandalis Amelas Noscopium Teos Telandrus*[4]). quod si verum est de Isidoro auctore dubitare non licet. unum recte monet Cuntzius[5]) alteram quae etiam ad latina elementa quadrat, a tabulis censoriis procul habendam esse. nam Lycii usque ad annum 44 p. Chr. libertatem obtinuerunt.

Cabaliae autem oppida quod non secundum litteras disposita sunt, fortasse propter paucitatem factum est. tres enim tantum enumerantur: *Oenoanda*[6]) *Balbura Bubon*, nisi forte ordo inversus est. ac ne Ptolemaeus quidem plures exhibet: 5, 3, 8.

sed in proximis laterculos censorios adhibitos esse rectissime Cuntzius exposuit. ipse enim Plinius diserte eos significat 5, 105. eos notis de situ, de nominibus mutatis a periegesi sumptis auctos esse apparet. quam diversam originem ipsa verba produnt: *sed prius terga et mediterraneas iurisdictiones indicasse conveniat.* cf. similem commixtio-

---

[1]) nota Divis. 16 $\overline{DCC}$ exhibere qui numerus certe a vero propius abest. reliqui vero numeri in Divisione multo magis depravati sunt.

[2]) *praeter supra dicta* eqs.

[3]) *ubi laudatur Eunias nemus:* an *Εὐνιὰς ὕλη?* at *oenium* E².

[4]) *Telendus* codd., fortasse recte cl. 5, 131 *Telendos.*

[5]) 1890 p. 488.

[6]) *oenoamda* E². *Oenianda* vulgo.

nem 3, 87 *inter se autem haec promunturia et latera* eqs. quae verba supra p. 55 expedivimus.

sed praeter indices censorios alium quoque scriptorem cum periegesi esse coniunctum dilucide apparet. nam *locus Loryma* 5, 104 idem est atque *oppidum Larymna*. hoc autem nomen cum collato Mela 1, 84 ad periegesin spectare eluceat, illo utpote graecis usitato graecus significetur auctor, ad Isidorum delegamur, quem cum periegesi a Plinio conglutinatum esse plus semel observavimus in eis quae antecedunt.

5, 107 rursus contaminationis indicium adest. Euthenae enim oppidum Cariae bis commemoratur: *Doridis in sinu Leucopolis Hamaxitos Eleus Eutene*[1]). *dein Cariae oppida Pitaium Eutane Halicarnasus.* haec forma latino debetur, id quod ex Mela efficimus 1, 84 *Eutana.* item Glaucus amnis 5, 108 iam 5, 103 nominatus est.

tum additamenti loco adhaerent 5, 109 verba: *praeterea sunt* etc. id quod cum ipsis verbis indicatum est, tum eo cognoscitur quod Pyrrha — situm est autem in ora — si periegeseos divisionem sequimur (5, 112) ad Ioniam pertinet.

idem valet de Heraclea, quae 5, 113 in periegesi repetitur. ad laterculos vero quominus illam seriem referamus, et ordine elementario nusquam conspicuo et graecis formis impedimur: *Thydonos Hynidos*, quicquid hoc nomine latet. ac ne libertatis quidem notionem temere ad eos trahimus. Stratonicea enim libera ex tabulis 5, 105 commemorata est: est enim eadem urbs Laodicea ad Lycum. cum vero 5, 105 tabulas ex periegesi auctas esse statuerimus, hic non eius auctor subest, id quod ipsis verbis *praeterea sunt* indicatur, sed tertius ille, nempe Isidorus.

contra 5, 109 quae de conventu Alabandensi exstant, non minus laterculis censoriis debentur, quam 5, 111. quos in Lydia describenda cum alia descriptione coniunctos esse inde elucet quod in eis *Mesotimolitae*[2]) inveniuntur, in illa Tmolus dicitur mons, cui pro pristino nomine *Timolus* forma additur.

unum sane mirum est de Lydia agi, antequam Ionia, quae ei praeiacet, pertractata est. quod cum a more periegeseos abhorreat, haud scio an conversi ordinis hic quoque vestigium agnoscendum sit. adde quod situs eius terrae Maeandro amne indicatur, de quo postea demum 5, 113 agitur. quae offensio si iusta est, Lydiae descriptio non ad

[1]) sic enim utique cum Silligio secundum meliorem librorum memoriam (E^2R^2) scribendum est.

[2]) sic Cuntzius 1890 p. 491 recte cum E^2 legit.

periegesin pertinet, sed ab eo auctore sumpta est, qui contrario ac Plinius ordine oram legit, i. ab Isidoro.

iam finis Ioniae 5, 119 Phocaea constituitur. cf. etiam 5, 121 *ibi a Phocaea* eqs. a qua disterminatione receditnr 5, 121. nam Temnos utique ad Ioniam pertinet. quid? quod in periegesi *fuisse* dicitur: 5, 119 *fuit in ore eius oppidum Temnos*, 5, 121 inter ea commemoratur quae etiam nunc florent. accedit quod Posidea, qnamvis de situ eius nil compertum habeam, ipsa forma Ionicam dialectum prodit. tum oppida quae intus esse dicuntur, contrario ordine percensentur: *Aegaeae . . .Neontichos Temnos.* denique *Myrina quae Sebastopolim se vocat* ante Augustum scribi non potuit. itaque contaminationis vestigia apertissima. alterum autem auctorem cum diverso tractu processisse videatur, Isidorum esse non sine probabilitate statnitur.

5, 121sq. in ipsa Aeolidos descriptione discrepantias quasdam invenias. nam et orae descriptio ultra promunturium Lectum producitur, quo Aeolis a Troade secundum periegesin disterminatur — nam Larisa illa altera 5, 123 et Zminthium templum extra Aeolida sita sunt —, nec oppidorum quae intercidere series intra Aeolida se continet. Neandros[1]) enim (5, 122) et Palaescepsis haud dubie in Troade sitae sunt. Gergitha sane *κώμη* quaedam prope Caici fontes fuit (Strab. 616). sed oppidum quod dirutum est ipsum in Troade situm erat: ab Attalo incolae in illum vicum translati: Strab. l. l. *ἐγγὺς δὲ τῶν πηγῶν* (sc. Caici) *κώμη Γέργιθα ἔστιν, εἰς ἣν μετῴκισεν Ἄτταλος τοὺς ἐν τῇ Τρῳάδι τὸ χωρίον ἐξελών*[2]). de Gergitha igitur quis haeserit: Neandros et Palaescepsis quin non ad Aeolida pertineant, non dubium est.

dein duplicem fontem in Troade quoque agnosco. nam quomodo aliter explicemus, quod duos fluvios Plinius habet Scamandrum et Xanthum 5, 124? nec minus aperta repetitio est 5, 125 ubi eadem terra quae 5, 121 Mysia dicitur, Teuthrania nuncupatur: 5, 121 *ex Mysia veniens Caicus amnis:* 5, 125 *ibi* (sc. in Teuthrania) *Caicus amnis iam dictus oritur.* ac ne oppidorum quidem series 5, 126 cum periegeseos divisione convenit. nam Pionias et Anderam ab Ida septentriones versus sitas esse Thraemer[3]) cl. Strab. 610 recte statnit. Conisium autem iuxta Pionias Hierocles p. 663 commemorat; Balcen prope Propontidem sitam fuisse Steph. Byz. s. v. *Βάλκεια* tradit. contaminationem igitur hic quoque factam esse in propatulo est. ac feliciter accidit

[1]) cf. Strab. 606.
[2]) cf. Ed. Thraemer, *Pergamos* 1888 p. 199.
[3]) l. l. p. 197.

quod 5, 127 is diserte laudatur, quem praeter Varronem adhibitum esse coniecimus, Isidorus.

iam postquam ad Hellespontum perventum est, quem in Varroniana Europae quoque divisione summi momenti fuisse non inutiliter hic monuerimus, insularum descriptio absolvitur: 5, 128sq. quas a Plinio ab orae descriptione avolsas esse supra demonstravimus. Varronianae autem originis in eo quoque cernuntur vestigia, quod maria sicut et 5, 47 promissum et in periegesi factum est, secundum accolas dividuntur.

5, 129 *Pamphylium mare ignobilis insulas habet.* ergo in periegesi omissae erant. at 5, 131 in Lycio mari qnaedam commemorantur ante Pamphyliam sitae, e. g. Attelebussa. ergo alius auctor ibi adhibitus est, qui Pamphylii maris notionem non novit. idem probatur Leucolla 5, 96 in ora, 5, 131 inter insulas enumerata. tum Macris insula bis posita ipsa quoque contaminationis Plinium convincit. denique secundum periegesin a Telmesso Asiaticum mare sive Carpathium (5, 102) incipit. at insulae ultra hunc finem Lyciae producuntnr neutro ex illis nominibus adlato. nam Glaucum amnem in Caria fluere 5, 100 et 5, 107 diserte traditur. unde alterum illum anctorem maria non ab accolis vocasse cernitur. adde qnod Aulon Cilicius, qui 5, 130 commemoratur, a periegesi alienns est, ubi eadem pars maris Cilicium mare dicitnr. atque Agrippa illum quidem novit (Dimens. 5 Oros. 1, 2, 96 (49)), sed cum in altero Plini fonte mare Pambylium neglectum sit, quam significationem Agrippa quoque adhibuit[1]), nec periegeseos anctor Agrippa est nec eorum quae aliunde adduntur. itaque ad Isidorum pervenimus. quem eo maiore confidentia hic praeter Varronem adhibitum esse statnimus, quod in insularum descriptione eius nomine haud panca fragmenta insigninntur.

accedit alterum. apnd Varronem insulas una cum ora tractatas fuisse snpra exposuimus. hic vero continuo quodam ordine videtur de insulis agi, id quod non Plinio soli tribuendum esse certum est. nam exstat series quaedam mensurarum, qnibns spatia inter insulas indicantur etiam tunc ubi ad oram commodins indicata essent:

5, 132 *Rhodus ... distat a Cypro CLXXVI.*

[1]) tamen utrum Pamphylium an Pamphylicum mare dixerit, in testium dissensu non expedio: 5, 102 codices quidem *mari Pamphylio* exhibent, at Dicuil 2, 2 qui hunc locum laudat, *mari Pamphylico.* cum Plini codicibus facit Dimens. 5, cum Dicuile Oros. l. l. et Divis. 17 (sed cod. P *Pamphylio*), quos graviores testes iudico.

5, 136 *ab ea (Samo) distat* $\overline{XCIIII}$ *. . . Chios*[1]).

5, 138 *Teos . . . a Chio* $\overline{LXXII}$ *D*[2]).

5, 139 *Lesbos a Chio* $\overline{LXV}$.

5, 130 *Tenedus . . . abest a Lesbo* $\overline{LVI}$, *a Sigeo* $\overline{XII}$ *D.*

quae mensurae partim in textu ipso Isidoro tribunntur (5, 132) partim cl. 2, 245 ad eum certo referri possunt. huius igitur opibus Varroniana hic potissimum Plinius auxit. sed certa exstant contaminationis vestigia:

5, 133 insula *Calydne cum tribus oppidis Notio Nisyro Mendetero* commemoratur. eadem iam 4, 71 ex Romano fonte tractata est: *Calymna in qua oppidum.* Cason quoque et Icaron bis exstare et 4, 70. 4, 68 et 5, 133—135 iam supra monuimus. atque Icaros 4, 68 abunde tractata est, hic nomen tantum repetitur. apertissima vero contaminatio in Lesbi descriptione est 5, 139:

clarissima autem Lesbos . . . . a Chio $\overline{LXV}$.
VIIII oppidis incluta . . . . . ipsa VIIII urbibus Asiae in $\overline{XXXVII}$
. . . a proxima continente abest $\overline{VII}$ *D p.* (i. 300 st.) *p. vicina.*

ubi quae dextro latere scripsi, Isidorea sunt[3]), quae laevo Varroniana. dissident etiam de Pyrrha oppido; hic prodit: *ex his Pyrrha hausta est mari,* ille *restant Eresos Pyrrha* eqs.

Isidoreis autem resectis vide qnid restet: *Lesbos . . . VIIII oppidis incluta . . . montes habet:* dispositionem Varronianam agnoscimus, cf. supra p. 83sq.

5, 141 quae de Hellesponto exponuntur, Varroni iam supra[4]) adscripsimus. firmatur quod ibi posuimus, Hellesponti mensura, quam VII stadiorum a Varrone computatum esse supra p. 128 demonstravimus. quod spatium ab aliis aliter constitutum est, velut Polybius modo V fere, modo — puta loco diverso — XII vel XIV computat: 4, 43, 2. 4, 39, 5. denique nomina propria ad sua appellativa genere adaptantur more Varroniano. neque enim ad Plinium hoc referendum esse eo cognoscitur, quod et tales formae apnd Plinium tunc quoque obviam fiunt, nbi oppidum sim. non additur et Mela hic illic in eis consensit.

---

[1]) 5, 135 de Samo agitur: *circuitu* $\overline{LXXXVII}$ *D* (i. 600 stad. sicut ap. Strab. 637) *aut ut Isidorus* $\overline{C}$. quae vera esse posse non nego. tamen suspicio nata est, Plinium errore spatium quod Isidorus inter Samon et Coon indicavit $\overline{C}$ (cf. 2, 245) ad circuitum falso rettulisse.

[2]) sic recte R (i. 580 st.), $\overline{LXXI}$ *D* reliqui.

[3]) de eorum origine dubitari nequit, cum etiam spatium a Chio cl. 2, 245 Isidoreum esse evincatur et ipse laudetur de circuitu.

[4]) cf. p. 105.

cf. Plin. 3, 144 *Epidaurum colonia* (quae notio ex Augusti tabulis accessit), simillime 3, 145 *Epidamnum colonia.* 5, 75 *memoria urbium Dorum*[1]), *Sycaminum*[1]), quae alibi *Δῶρος* et *Συκάμινος* (vel etiam *Συκαμινών*) vocantur. in fonte nimirum fuit: *fuere oppida Dorum Sycaminum.* 5, 117 *Sipylum interiit: Σίπυλος* reliquis dicta. 5, 148 *fuit et Astacum* alia.

haec rara apud Melam — nempe obruta aliorum auctorum in fonte eius auctoritate, e. g. Nepote, Seboso —, tamen non omnino desunt exempla: 2, 68 *Thurium* et quae ad eum quem nunc ipsum tractamus locum spectant: 1, 97 *Lampsacum* (bis) 1, 98 *Cyzicum.* talia igitur Varronem produnt: 5, 141 *Abydum oppidum . . Lampsacum . .* 5, 142 *Cyzicum.*

tamen ne hic quidem intactam Varronis doctrinam Plinius prodidit. nam contaminationem factam esse turbato ordine indicatur. Aesepus enim et Zelia debebant post Granicum nominari inversoque ordine. eodem spectat coniectura Hirschfeldi quamvis non ab omni parte certa, tamen non silentio obruenda, qui nominibus *Artace* et *Ariace* idem oppidum bis significari non sine quadam probabilitatis specie arbitratur[2]).

tum verba 5, 142 *Rhyndacus . . Asiam Bithyniamque disterminans* aperte ad periegesin spectant, cum Romanae provinciae respiciantur. sed alio termino Plinius utitur 5, 143 *flumen Echeleos anticus*[3]) *Troadis finis et Mysiae initium.* quae terminatio a periegesi aliena, in qua Mysiae in ora locus non est. tamen eam non propter historiam referri, sed ex scriptore aliquo petitam esse eo probatur, quod ad eandem Phrygiae fines compositi sunt 5, 145. huius autem terrae descriptionem extra periegesin esse positam ipse Plinius haud obscure ostendit: 5, 144 *quapropter non aliubi aptius de ea dicatur*, occasione arrepta potius quam oblata.

Phrygiae autem oppida Cuntzius quamvis ad elementorum ordinem disposita inter tabulas censorias recipere dubitavit[4]). atque rectissime. nam sicut idem monuit, graecae formae ab eis alienae graecum potius scriptorem prodere videntur. deinde ethnica non apparent, alterum tabularum illarum indicium. sed quod est gravissimum, in illa serie duae minimum urbes insunt iam alibi commemoratae. nam ad

[1]) nominativi sunt accipiendi.

[2]) Pauly-Wissowa II 803.

[3]) hinc nihil de tempore auctoris effici certum est. nam alteram divisionem utpote Romanam sua quoque aetate valere Plinius procul dubio sciebat. ergo quamcumque ab ea differebat, antiquior ei videri debebat.

[4]) 1890 p. 493.

Midaium Midaei pertinent 5, 105 in laterculis censoriis nominati. nec minus Celaenae iam 5, 106 ex periegesi auctis eisdem absolutae. unde concludendum est Phrygiae descriptionem a periegesi quoque alienam esse, id quod iam supra propter eius collocationem opinati sumus.

graecam illa series originem prae se fert, ad litterarum ordinem non minus graecarum quam latinarum disposita est. talia supra 5, 101 (p. 166) et 5, 94 (p. 164) in Isidoreis invenimus: unde Phrygiam hoc auctore Plinium descripsisse coniectura admodum probabili statuitur. confirmatur denique Isidorea origo eo quod in fine 5, 145 Artemidorea leguntur, cf. Tbraemer, *Pergamos* 1888 p. 306 adn. 1.

ad eundem fontem supra 5, 143 flumen Ecbeleon anticum Troadis finem rettulimus. proinde videamus sintne inter periegesin alia quoque eius vestigia. ac sane si 5, 143 *Gordiu comen quae Iuliopolis vocatur* ad eum referre quis dubitat, *Helgas oppidum quae Germanicopolis alio nomine Booscoete* ad eius aetatem egregie convenit. conversi autem textus haud scio an recte odorer indicium in feminino *quae: Ἕλγας πόλις, ἥ Γερμανικόπολις.*

tum 5, 146 sq. non ex eodem fonte quo in Phrygia usus est Plinius, de Galatia agi, eo si quid video demonstratur, quod hac absoluta ad illam reditur, nam verba 5, 147 *flumina sunt in ea praeter iam dicta Saggarium*[1]) *et Gallus*, cum Galatiae flumina adhuc dicta sint nulla, ad Phrygiam potius pertinere iudico. atque Gallus ne potest quidem Galatiae adscribi. adde quod ipsis verbis 5, 196 *simul dicendum videtur et de Galatia* satis laxum conexum esse accipimus inter utramque descriptionem. praeterea aliter discribuntur terrae apud eum cui Galatiae debetur enarratio, atque apud Isidorum, si quidem supra p. 166 Isaurios 5, 94 recte huic vindicavimus. nam si Galatia Pamphyliae Cabaliam[2]) adtingit et Milyas et Pisidiae quosdam tractus, utique Isauria, sicut apud Romanum par est, in Galatia comprehenditur. quae cum ita sint, de diversa origine descriptionum Phrygiae et Galatiae dubitare non licet. igitur ut Phrygiam Graeco, ita Galatiam Romano tribuendam esse censeo. acta res est, si mea opinio probatur de Ancyra. Ancyram aliam intellegunt 5, 145, aliam 5, 146. ac si quis priore loco Abbaitidis oppidulum accipiendum esse sibi persuaserit vix eum refutaveris. tamen id neqnaquam verisimile esse iudico propter verba: *oppida ibi celeberrima*, ubi celeberrima Phrygiae oppida comme-

[1]) quae forma a periegesi aliena est cf. 6, 4 *Sangaris*.

[2]) haec secundum 5, 101 (i Isidorum, cf. supra p. 166) ad Lyciam pertinet.

morantur, Ancyram nemo aliam existimaverit nisi eam quae hodie quoque valet. accedit quod Plinius ubi idem nomen post pauca sciens repetit, iterationem aliqua ratione indicare solet. quod cum in Ancyra non fecerit, ego eandem potius urbem intellegendum esse censuerim.

quamquam haec in lubrico posita esse non nego. sed aliis quoque rationibus adducimur, ut de diversa origine illarum descriptionum dubitare non possimus. ac Phrygiam Isidoro acceptam ferri verisimile visum est, de Galatiae Romano auctore quaedam indicavimus: Mucianum fuisse infra etiam luculentius apparebit. hic eum a periegeseos scriptore alienum esse moneo. denique de iteratione Thebasenorum 5, 147 inter tabulas censorias facta cl. 5, 95 iam supra egimus cf. p. 165.

iam 5, 148 reducimur ad oram. qua in descriptione haud scio an inter se pugnent: *inde Nicaeam* $\overline{XXV}$ *p. interveniente Ascanio lacu* et *dein Nicaea in ultimo Ascanio sinu*. nam posteriore loco Ascanius sinus cum mari coniungitur, priore Ascanius lacus ab eodem separatur. contaminationem igitur ne hic quidem cessasse manifestum est. tamen singula distribuere non possum, quaedam paulo post tractabimus. sed parvula quaedam diversitas nec tamen prorsus contemnenda exstat in nomine urbis Chalcedonis. in periegesi enim dorica forma *C(h)alcadon* bis exstat, eadem Agrippa quoque usus est: 6, 3 *Agrippa a Calchadone* (sive *Ch-*) *ad Phasim* |X| etc. tamen non probo quod Detlefsenus in calce quoque 5, 150 eandem formam restituit nullo codice favente. immo cum *a Chalcedone Sigium Isidorus* $\overline{CCCXII}$ *D*[1]) tradiderit, hunc usitata forma usum esse *Χαλκηδών* censeo, Romanos auctores altera *Calchadon* (vel *Calcadon*, qua de forma Detlefsenus CIL. I 292 conferri iubet) vel *Chalcadon*.

in Bithyniae descriptione 5, 150 si periegesin sequimur, apud Bosporum sistitur gradus. tamen alterius quoque partitionis exstant vestigia, qua huius termini ratio non habetur. illas enim XII civitates quas merito Cuntzius[2]) a tabulis censoriis exclusit, per totam Bithyniam esse dispersas inde cognoscitur quod ex eo numero Gordiucome nominatur, quae ultra Bosporum prope fines Phrygiae sita est[3]). nec

---

[1]) numerum (i. 2500 stad.) cl. 2, 245 correxi (*CCCXII* F: *CCXII* R). $\overline{CCCXXII}$ *D* vulgo.

[2]) 1890 p. 505.

[3]) idem valet de oppido Prusiade quod 5, 148 exstat: *item altera sub Hypio monte*, quem haud procul ab Hypio fluvio abesse perspicitur ex Anon. peripl. Pont. Eux. 8 (GGM. I 404) *οὗτος ὁ ποταμὸς* (sc. Hypius) *ἔχει ἐφ' αὑτῷ μεσηγὺς πόλιν Προυσιάδα λεγομένην*.

non Bithynion ab tabnlis semovimus p. 92. quod cum ne ipsum qnidem intra Bosporum collocatum sit, Isidoro adscribere non dubito. in reliquis vero qnid utri adscribendum sit, haud facile diiudicaveris, nisi quod *flumen Hieros qui Bithyniam et Galatiam disterminat* (5, 149) ab Isidoro alienum est. Romauarum enim provinciarnm finis indicatur.

sed non solum in oppidis, vernm etiam in insulis ultra Bosporum protenditur cursus: 5, 151 *item ultra Heracleam adversa Bithyniae Thynias, quam barbari Bithyniam vocant.* haec plus uno nomine memorabilia. nam graecum auctorem produnt illi *barbari.* dein quod ultra Heracleam sita esse dicitur illa insula, ad contrarium ordinem spectat. tum illa Thynias quin non diversa sit ab ea, quae commemoratur 6, 32 *Apollonia Thynias dicta,* equidem non dubito.

quibus causis commotus ex Isidoro qnaedam ad periegesin addita esse existimo. quae contaminatio eo quoque cernitur quod Demonnesos et Chalcitis quasi diversae insulae commemorantur. sed si Hesychio fides (s. v. *Δημόνησοι*), Chalcitis et Pityussa (quae apud Plinium 5, 151 Pityodes dicitur, item ab Artemidoro apud Steph. s. v. *Χαλκῖτις*) uno nomine Demonesi dicuntur.

ad sextum librum accedimus. cuius initio Varronianam illam imaginem invenimus cf. p. 105. dein *mensuram Ponti a Bosporo ad Maeotium lacum* ad Europaenm latus spectare cl. 4, 78 Müllenhoffius et Detlefsenus cognoverunt (cf. supra p. 31). unde comprobatur eam ex Varrone petitam esse, quam Agrippeae praecedere hic quoque videmus. porro Plinius secundnm mensurationem sui aevi spatia se positurum promittit. sed praeterea ne Isidorum quidem adire supersedit. cuius mensurae facile cognoscuntur:

6, 6 *promunturium Cerambis vasto excursu abest a Ponti ostio* $\overline{CCCXXV}$ (2600 stad.), *ut aliis placuit* $\overline{CCCL}$ (2800 stad.), *tantundem a Cimmerio aut ut aliqui maluere* $\overline{CCCXII}$ *D* (2500 stad). cf. Isidorea 2, 245 (ab ostio Ponti) *Carambin promunturium* $\overline{CCCL}$, *os Maeotis* $\overline{CCCXII}$ *D.*

itaque his duobus mensnris totius Ponti latus Asiaticum absolvitnr. ergo ex reliqnis supplemento non egent. ac profecto quae restant, coniunctam quandam catenam efficiunt, quam ad illam recentem mensurationem referendum esse quis neget?

atque haec non in opinione posita sunt, sed demonstrantur collatis aliis Ponti dimensurationibus: Arriani dico et Marciani Heracleensis atque anonymi (GGM. I 402sq.), quem ex his sua hausisse vulgo credunt. proin primum componamus mensuras:

			Plini mensurae ad stadia reductae	Arriani mensurae stad.	Marciani mensurae stad.	Anonymi mensurae stad.
Pl. 6, 4	*Heraclea abest a Ponti ore CC*	200 m. p.	1600	1550	1530	1550
	Tium ab Heraclea XXXVIII	38	304	460	370	440
6, 5	*Cytorus a Tio LXIII*	63	504	420	460	510
6, 6	*Sinope a Cytoro CLXIIII*	164	1312	1240	1200	1230
6, 7	*Amisum a Sinope CXXX*	130	1040	1020	920	1030
6, 11	*Polemonium* [1]) *ab Amiso CXX*	120	960	940	—	980
	ab Amiso [2]) *Pharnacea LXXX*	80	640	640	—	640
	a Pharnacea Trapezus C	100	800	745	—	740
6, 12	*a Trapezunte Absarrum CXL*	140	1120	1000	—	1000
6, 13	(Phasis) *abest* <*ab*> [3]) *Absarro LXX*	70	560	450	—	—
6, 14	*Sebastopolis a Phaside C*	100	800	810	—	—
6, 16	(Heracleum) *distat a Sebastopoli LXX*	70	560	1870	—	—
6, 17	*Aci cum ... Hiero ab Heracleo CXXXVI*	136	1088		—	—
	Sindica ab Hiero LXVII D	67, 5	540	300	—	—
	inde ad Bospori Cimmerii introitum LXXXVIII D	88, 5	708	540	—	—

quibus in mensuris consensus, si consideraveris quali in genere litterarum versemur, haud raro adeo plenus est, ut de origine dimensurationis Plinianae dubitari nequeat. adde nec apud Plinium nec apud Arrianum asseclasque eius numeros aere incisos ad nos pervenisse, ita ut forsitan maior etiam congruentia existeret, nisi librarii hic illic peccassent. accedit quod errores nasci fere oportuit, ubi graeca mensura in latinam commutabatur. sed numeros ipsos emendare quis audeat? ac ne proficimus quidem multum, ubi uno alteroque loco emendatione numerorum — lubrica sane res — consensum augemus: vim argumenti augere non necesse est.

sed cum parum verisimile sit, in illo itinerario recenti a Plinio adhibito eas stationes tantum nominatas fuisse, quibus mensuratio Pliniana insistit, sane operae pretium est quaerere, possintne alia eius vestigia indagari. ac profecto praeter periegesin Plinium recentiore quodam opere usum esse repetitionibus quibusdum demonstratur. nam ter oppida mutato nomine binis locis apparent. ac primum quin in

[1]) Polemonium post Strabonis mortem conditum esse monuit Hansen, *de gentibus in Ponto orientali inde a Thermodonte ad Phasim habitantibus* 1876 p. 28.

[2]) debebat scribere: *a Polemonio.*

[3]) addidi.

nomine 6, 5 *Mastya Milesiorum* oppidum Amastris lateat, mihi quidem extra dubitationem est. neque enim ullo loco illa Milesiorum colonia commemoratur. contra vulgus Amastris nomen ita immutavit, ut *Amastra* (sic Geogr. Ravenn. p. 100, p. 364 P.-P. Anon. peripl. Ponti Eux. 15 GGM. I 405 *Ἀμάστραν τὴν καὶ Ἄμαστριν λεγομένην*) vel *Mastrum*[1]) (sic. Tab. Peut.) sonaret: quid mirum si in alio illo itinerario *Mastra* scriptum erat?[2]) mutationem litterarum *r* et *y* nullam fere esse vix est quod moneam. qua forma vulgari indicatur, qualis ordinis illud itinerarium Plinianum fuerit, id quod aliis quoque exemplis, de quibus paulo post verba faciemus, apparet. itaque Mastra ex itinerario sumptum est[3]). sed iuxta legitur: 6, 5 *Sesamon oppidum, quod nunc Amastris.*

deinde 6, 11 ex periegesi oppidum Cerasus commemoratur, idem repetitur ex itinerario mutato nomine Pharnacea 6, 11. tum ne Sebastopolis quidem diversa est a Dioscuriade: cf. Arr. l. l. 10, 4 *ἡ δὲ Σεβαστόπολις πάλαι Διοσκουριὰς ἐκαλεῖτο.* tamen utramque quasi diversas urbes Plinius percensuit: 6, 14 et 6, 15.

iam ad singula distribuenda quantum fieri potest, descendamus.

6, 4 *ergo a faucibus Bospori est amnis Rebas*[4]) *quem aliqui Rhesum dixerunt. dein Syris. portus Calpas.*

haec nomina in Itinerariis ferri solita esse testantur Arr. l. l. 12, 3 Marc. 8 (I 569) Anon. 3 (I 403). nam in nomine *Syris* vix alind latet nisi *Ψίλλις* fluvius. *Ps-* autem in vulgari sermone Romanorum in *S-* abiisse notum est. tum in nomine *portus Calpas* Doricam formam Marcianus quoque exhibet: *εἰς Κάλπαν λιμένα.*

dein *Sangaris fluvius* ex periegesi videtur esse sumptus. nam in Itinerariis forma *Sangarius* regnat, qua et Isidorus usus est 5, 147 *Saggarius.* unde 6, 4 pro *Sagiarius* fortasse *Saggarius* substituendum est, nisi forte illa vulgaris quaedam forma est, quales Itineraria praebebant. nihil horum apud Melam. ex sequentibus Heraclea et Tios commemorantur in Itinerariis. mensuras autem ibi insistentes ex itinerario fluxisse certum est. tamen nullum ex eis nominibus quae inter duas urbes apud Plinium laudantur, in Itinerariis legitur.

---

[1]) similiter *Missos* Tab. Peut. pro Amiso.

[2]) accedit quod ante Cromnam oppidum Amastris commemoranda fuit cf. Arr. l. l. 14, 1.

[3]) quod Milesiorum dicitur oppidum, explicatur cl. Scymn. 958sq. (GGM. I 237).

[4]) idem in Tab. Peut. indicatur: *ad herbas fl.* (debuit *Rhebas*).

ac ne fluvium Billim quidem a periegesi alienum esse existimarim. Billaeum Itineraria exhibent, etiam enm terminum esse Paphlagoniae apnd Marcianum 8 traditur: *οὗτος ὁ ποταμὸς ὁρίζει Βιθυνίαν. τὰ δὲ ἐχόμενα Παφλαγονίας ἐστί. τινὲς δὲ* (cf. Arr. l. l. 13, 6. 14, 1) *τὸν Παρθένιον ποταμὸν ὅριον Βιθυνῶν καὶ Παφλαγόνων εἶναι βούλονται.* tamen propter differentiam formarum *Billis* et *Βιλλαῖος* et propter notam historicam *quam Pylaemeniam aliqui dixerunt* (cf. Hom. B 851) haec ad periegesin traxerim.

contra Mastya et Cromna procnl dubio ex Itinerario sumpta. nam apud Melam *Cromnos* dicitur 1, 104 *Sesamus et Cromnos*, qni ordo iustus est. tunc post additamentnm ex Nepote petitum verba *Sesamon oppidum, quod nunc Amastris* ad periegesin referenda esse modo docui.

porro montem Cytorum itineraria non adferunt, sed oppidum[1]). itaqne mons periegesi deberi videtur, mensura itinerario.

tum falso loco legnntur oppida Cimolis et Stephane. e qnibns apud Melam commemoratur *Cynobus*. ac forma *Κίνωλις* utuntur Arr. l. l. 14, 3 Marcian. 9 (p. 571). sed cf. Anon. 20 (p. 406) *εἰς Κίμωλιν κώμην, νῦν Κινώλην λεγομένην.* Ptol. 5, 4, 2 *Κιμωλίς*. Stephane solum in Itin. exstat: Arr. 14, 4 *ἀπὸ δὲ Κινώλιος ἐς Στεφάνην* eqs.

itaque cum duo oppida et falso apud Plinium loco percenseantur et vicinitate coniuncta sint, ea non ex periegesi, sed ex itinerario fluxisse iudicaveris.

deinde certo eiusdem originis sunt haec nomina: 6, 6 *flumen Varecum, gens Cappadocum oppidum Caturia Zaceplum*. qnae corruptiora sunt quam ut ex periegesi prognata esse possint. nam flumen Varecum etiamsi una littera transposita[2]) corrigitur *Euarcum*, tamen vulgarem formam retinet. cf. autem Marc. 9 (p. 571) *ἀπὸ Σινώπης εἰς Εὔαρχον ποταμὸν στάδιοι π'. οὗτος ὁ ποταμὸς ὁρίζει Παφλαγονίαν καὶ τὴν ἐχομένην Καππαδοκίαν* (similia Anon. 23 p. 407). oppidum vero Caturia quo spectet haereo: commemorantur post Euarchum *Κάρουσα* et *Ζάγωρος* sive *Ζάγωρα*[3]), dein *Ζάληκος* fluvius, qnem in voce *Zaceplum* agnosco. sed Carusa infra ante Amisum commemoratur, falso autem post Halyn. ergo ibi non ex Itinerario fluxit. oppidnm autem Gamge[4]) prorsus ignotum. Cappadociae descriptionem (6, 8 et 9) nunc quidem seponimus.

[1]) oppidnm Mela novit 1, 104.

[2]) similiter 6, 14 in nomine *Cegretice* peccatum esse monuit Hansen l. l. p. 44 *Ἐκρητική* (Ptol. 5, 10, 5, hodie *Egrissi*).

[3]) Marc. 10 Anon. 24.

[4]) notum est oppidum *Γάγγρα* Paphlagoniae, sed id intus situm est.

pergimus igitur 6, 9 *in ora autem ab Amiso oppidum et flumen Chadisia, Lycastum.* Lycasto urbs apud Melam 1, 105 exstat. Chadisia vero in Itinerariis post Lycastum commemoratur. cf. Marc. 10 p. 572 *ἀπὸ Ἀμισοῦ ἐπὶ τὸν Λύκαστον ποταμὸν στάδιοι κ'. ἀπὸ τοῦ Λυκάστου εἰς κώμην καὶ ποταμὸν Χαδίσιον στάδιοι ρν'* (cf. Anon. 28 p. 408). contaminationis ergo certum indicium.

tunc currit periegesis continuo ordine usque ad Sidonos 6, 11, inde Itinerarium sequitur Plinius usque ad verba *et a Pharnacea* $\overline{C}$ *Trapezus.* nam duae series continuae se excipiunt, in quibus eadem urbs altero loco Cerasus, altero Pharnacea dicta est. oppidum autem Liviopolis post Strabonem[1]) conditum inter ea percensetur, quae cl. Arr. 16, 2 Anon. 32sq. p. 409 Itinerario vindicamus. e priore vero serie pleraque Melae consensu (1, 106) ad periegesin referuntur.

de verbis 6, 12 *ultra quod gens Armenochalybes et maior Armenia* $\overline{XXX}$ *p. distans* infra una cum 6, 29 agemus.

proximis autem periegesin Plinius sequitur. supplet enim fluvium Pyxiten: *in ora ante Trapezunta flumen est Pyxites*[2]). gens quoque Sannorum Heniochorum aliena ab Itinerario. nam Heniochi paulo post ex eo laudantur. dein *flumen Absarrum cum castello cognomine in faucibus a Trapezunte* $\overline{CXL}$ ex Itinerario sumpta vel propter mensuram. cf. Arr. 6, 1 *Ἄψαρος, ἵναπερ αἱ πέντε σπείραι εἰσιν ἰδρυμέναι.* tum de gentibus Heniochis et Lazis cf. Arr. 11, 2 *Ἡνίοχοι, Λάζαι.* pro Ampreutis ibidem *Ζυδρεῖται* exstant. neutrum nomen alibi traditum. sed cum inter easdem gentes commemorentur et suffixum certe simillimum sit, aegre mihi persuadeo diversas significari[3]). *flumina Acampseon Isis Mogrus Bathys* apud Arrianum 7, 9sq. inveniuntur: *Ἄκαμψις, Βαθύς, Ἶσις, Μῶγρος.* sed oppidum Matium ibi alias non notum, unde haud scio an non diversum sit ab eo quod 6, 10 ex periegesi laudatur.

Phasidis enarratio 6, 13 ad periegesin pertinet. sed postquam in calce eius mensura est addita: *abest <ab> Absarro* $\overline{LXX}$, quam ex Itinerario fluxisse certum est, ex eodem quaedam adnexa sunt: *inde aliud flumen Charien* (cf. Arr. 10, 1 *Χαρίεις ποταμός*) . . . *flumen Chobum* (cf. ib. *Χῶβος*) . . . *amnes Sigania*[4]) (Arr. 10, 2 *Σιγγάμης* 11, 4 *Σιγάμης*)

---

[1]) cf. R. Hansen l. l. p. 38. idem diversis Plinium usum esse auctoribus monuit, tamen de eis parum probabilia protulit.

[2]) idem Arr. 7, 4 Anon. 40 p. 411 longe post Trapezunta collocat.

[3]) Hausenus quoque l. l. p. 39 ad hanc sententiam pronus erat.

[4]) *Sigama* scribendum videtur ol. Arr. l. l. *Siganion* Geogr. Raven. 5, 10 p. 367 P. P. sed *Sigamon* Guido p. 532. *Sicanabis* Tab. Peut.

Thersos (Arr. ib. *Τάρσουρος* Tab. Peut. *Tassiros.* Geogr. Ravenn. 5, 10 p. 367 *Tasbiros*[1])).

iam sequentia compono: *Astelphus:* Arr. 10, 3 *Ἀστέλεφος.* Geogr. Ravenn. 5, 10 *Stelippon.* Tab. Peut. *Stempeo.*

gens Absilae: Arr. 11, 3 *Ἄψιλαι*

castellum Sebastopolis a Phaside $\overline{C}$*:* Arr. 10, 3. 4

gens Sanicarum: Arr. 11, 3 *Σανίγαι* (18, 3 *Σανίχαι*)

segregavi ex initio 6, 14 verba *gens Saltiae antiquis Phthirophagi dicti et alia Sanni* cum propter Melam (1, 110 *Pthirophagi*) tum quia Sanni illi vix diversi sunt a Suanis[2]) qnos ex Itinerario landat Plinins: *flumen Chobum ex Caucaso per Suanos fluens.* tamen nolim omittere Sannos apud Arr. 11, 1 commemorari (cf. Strab. 548 *Σάννοι οὓς πρότερον ἐκάλουν Μάχρωνας*). porro 6, 15 ab Itinerario procnl habenda. nam Dioscurias eadem urbs est qnae in eo Sebastopolis dicitur, id qnod Plinium fngit. deinde ad nomina *regio Colica, . . . Melanchlaeni Coraxi . . . Achaei . . . Cercetae* cf. Mela 1, 110 *gentes . . . Melanchlaena Toretica, sex Colicae, Coraxici Pthirophagi Heniochi Achaei Cercetici.* pergitur inde 6, 17 verbis *in ora autem iuxta Cercetas* eqs. ergo quae interposita snnt, eis nil cum periegesi. et revera Pityus (*Phytis* codd.) apud Arrianum 18, 1 laudatur *ὁρμηθεῖσιν οὖν ἐκ Διοσκουριάδος πρῶτος ἂν εἴη ὅρμος ἐν Πιτυοῦντι.* qnamobrem intercedere non possunt gentes Achaeorum Mardorum Cercetarum. deinde Sarmatae et Sauromatae in periegesi ibi locum non habent. denique illa de Mithridatis fuga tempns indicant, quo *illa intervalla comperta sunt* (6, 3). qno loco merito usus est Detlefsenus[3]) ad tempus definiendum. idem Plininm ipsum qnaedam ex Mithridate rege exqnisivisse coniecit, propter verba: *narravitque* (nempe dum Romae versabatur) *Thalos iis esse confinis* eqs.

in reliquis ex Itinerario certe snmptae snnt mensurae: (Aci cum oppido Hiero et flumine) *ab Heracleo* $\overline{CXXXVI}$ *. . . civitas Sindica*[4]) *ab Hiero* $\overline{LXVII}$ *D . . . inde ad Bospori Cimmerii introitum* $\overline{LXXXVIII}$ *D.*

sed quamquam Toretae falso loco apnd Melam l. l. inter eius tractus gentes ennmerantur, cum eodem (1, 112) 6, 18 de oppidis praeter Bosporum sitis consensns est.

restat ut circumspiciamus, exstentne alibi huius dimensnrationis vestigia. ac de 6, 32 *Apollonia Thynias dicta, ut distingueretur ab ea quae est in Europa. distat continente p. M, cingitur* $\overline{III}$ dubitaveris;

[1]) *Tarsuras* Barbarus coniecit.

[2]) cf. recentiorem apnd Strabonem 497 doctrinam *Σοάνας.*

[3]) Philol. 46 (1888) p. 702.

[4]) *Sindi* Mela 1, 111. *Σινδική* Arr. 18, 4.

quamquam Arrianus 13, 1 haec exhibet: *εἰς Ἀπολλωνίαν νῆσον μικράν, ὀλίγον διέχουσαν τῆς ἠπείρου.* sed *contra Pharnaceam Chalceritis, quam Graeci Ariam dixerunt Martique sacram* eqs. apertissime praeter periegesin (cf. Mela 2, 98) aliunde aucta sunt. nam pro Pharnacea in ea est Cerasus. cf. Arr. 16, 4 *ἐνθένδε* (a Pharnacia) *ἐς τὴν Ἀρητιάδα νῆσον τριάκοντα.* Anon. 36 p. 410 *ἀπὸ δὲ Φαρνακίας εἰς τὴν Ἀρητιάδα νῆσον . . . στάδια λ′ . . . αὕτη ἡ Ἀρητιὰς νῆσος λέγεται Ἄρεως ἤτοι Ἀρεώνησος.* nec minus aperte significatur Itinerarium 4, 93 *hanc* (Achilleam) *temporum horum demonstratio a Borysthene CXL ponit, a Tyra CXX, a Peuce insula L, cingitur circiter X p.* nam totius Ponti tunc dimensurationem factum esse Arriani periplo ostenditur, qui totum ambit, quamquam iter ipsum ex parte tantum fecit[1]).

praeter ea vero quae supra p. 174 Isidoro vindicavimus, eum adhibitum esse nullo indicio comprobatur. id quod minime mirum est. solet enim Plinius, ubi ampliores fontes praesto sunt, vel meliores spernere, sicut de Creta, de Aegypto, alibi e tabulis censoriis nil protulit. et quis scriptor tot nomina suppeditasset quam Itinerarium?

sed redeundum est ad Cappadociae descriptionem, quam sicut nos supra exemimus, ita Plinius extra periegesin collocavit adeo abrupte ut ne grammatica quidem ratione cum ea ullo modo conexa sit. vel inde alii hanc scriptori deberi concludendum est. sed exstant certissima argumenta. nam *Zela* oppidum 6, 8 in Cappadocia commemoratur idemque 6, 10 in periegesi est *Ziela*[2]). Plinius autem sive neglegentia repetiit sive levi illa nominis differentia deceptus est. deinde *Magnopolis* 6, 8 idem oppidum est quod iam 6, 7 absolutum est hisce: *Amiso iunctum fuit oppidum Eupatoria a Mithridate conditum, victo eo utrumque Pompeiopolis appellatum est.* tum *Salius* 6, 8 idem fluvius est atque *Saros* 5, 92, ac si Stephanum s. v. *Ἄδανα* audimus, *Κοίρανος* (*Coeranus* 6, 9) ipse quoque pro Saro est. sed fortasse Coeranus in Salium influit. nam eum non ipsum ad mare pervenire inest in verbis: *est et Coeranus intus clarus.* iam Castabala (6, 8) ab oppido Cilicio cuius mentio est facta 5, 93, non diversa, nec Diocaesarea (6, 8) ab Anazarba 5, 93. adde quod proxime sita sunt Castabala et Diocaesarea. Amasia quoque iteratur 6, 8 et 6, 10. denique Cataonia in periegesi admodum

[1]) nolim omittere unam illius Itinerarii proprietatem: castella praeter id raro saltem commemorantur, sed plus uno loco consentit in hac re Arrianus. cf. 6, 11 *Tripolis castellum.* 6, 12 *flumen Absarrum cum castello cognomine.* 6, 14 *castellum Sebastopolis.* haec in Itinerario ad vitae usum composito optime locum habere concesseris.

[2]) hoc ex Itinerario sumptum esse nequit, utpote intus situm.

perspicue a Cappadocia separatur: 6, 6 *Halys a radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociamque decurrens.* eandem rationem Isidorus secutus est: 5, 127. at sicut 6, 9 etiam 6, 24 Cataonia pars Cappadociae est.

satis igitur multa aliter in Cappadociae descriptione exstant, aliter in orae, atque in eis partibus quas ad Itinerarium referre non licet. sed ne Agrippae quidem cum ea convenit. is enim secundum Plinium 5, 102 provinciam Ponticam a Cappadocia seiunxit, quae 6, 8 sq. cum eadem coniungitur. nam Magnopolis Neocaesarea Amasia Sebastia in Ponto sitae sunt. accedit quod *coloniam Claudi Caesaris Archelaidem, quam praefluit Hylas*[1]) 6, 8 Agrippa noscere non potuit. item Isidorus excluditur.

cohaeret autem Cappadociae enarratio cum Galatiae 5, 146; hoc inde potissimum cernitur quod 5, 146 quoque Cappadocia Ponticam provinciam comprehendit: *praetenditur* (Galatiae) *Cappadocia a septentrione et solis ortu.* deinde Melitene sicut 6, 9 etiam 5, 83. 84 ad Cappadociam pertinet.

itaque Cappadociae descriptio pugnat cum periegesi Varroniana, pugnat cum Agrippa nec minus cum Isidoro. at conexa est cum Galatiae descriptione 5, 146 et cum Euphratis 5, 83 sq. has vero cum bonis opinor rationibus Muciano addixerimus, efficitur ut Cappadociam eodem auctore Plinius enarraverit.

sed ad orae descriptionem redeundum est. quae 6, 19 usque ad Tanais ostium perducitur. quam Melae consensu (1, 114 sq.) commoti ad periegesin referimus. adde quod Rhipaei montes in eadem summi momenti sunt: cf. 4, 94. 6, 33.

deinde 6, 20 ad alium auctorem transiri verbis *sunt qui* indicatur. in altera serie Rhipaeorum mentio fit nulla. conexa est autem quodammodo cum enarratione Scytharum 6, 50. Camacae, rarum nomen, utroque loco exstant, item Essedones, qui 4, 88 secundum periegesin alio loco collocantur. Ceraunios porro montes eius auctoris proprios esse adnoto, cui descriptio Armeniae debetur[2]). iam quali notione Caucasus dicatur 6, 21 quaeramus. nam dicunt omnes gentes hic enumeratas circa Maeotim sedere, cui opinioni hisce occurritur. Cissii montes a gente Cissia segregari nequeunt. ea autem cum Susianam tenuerit, Cisii montes ei sunt, qui hanc terram ad septentriones occludunt. deinde Andacas in Armenia habitasse elucet ex nomine Andaga vel Andacas quam stationem in maiore Armenia Geogr. Ravenn. 2, 12 p. 74 P.-P.

[1]) vulgo secundum Solinum 45, 3 p. 173, 18 Mo². *Halys* edunt. tamen equidem temerarium iudico, contra librorum auctoritatem errorem Plinio imputare.

[2]) cf. 6, 27. 29 (alio sensu in periegesi 5, 99).

et Tab. Peut. collocant, cf. Streck, Pauly-Wissowa suppl. 1, p. 79. tum Essedones Colchos a tergo attingunt. ergo iam secundo nomine usque ad medios eos montes proceditur quos nos Caucasum nominare consuevimus. hinc apparet longius progressam esse descriptionem et in universum populos a Maeoti et Ponto orientem versus sedentes enumerari. itaque ad eam Caucasi ingorum significationem perducimur, quae ad montes inter Mediam et mare Caspium sitos spectat. sic usurpatur 6, 39. 41. 46. *per iuga Caucasi* (ut hic) 6, 28. 29. 39. 47. iterum igitur conexum quendam exstare cognovimus inter hanc populorum seriem et descriptionem Armeniae, unde facile assentiet mihi, cum eidem auctori utramque vindico. quem Mucianum esse paulo post probare conabimur.

quibus vero auctoribus 6, 22 tertia series populorum adnectatur, indagare non potui, nisi quod eam ab eo auctore alienam esse affirmare ausim, quem Plinius 6, 50 sequitur: nam ibi Scythae *Euchatae* dicuntur haud dubie eidem qui 6, 22 *Auchetae* (*Αὐχάται* Herodoto).

6, 23 sq. *ingens in mediterraneo sinus* tractatur, in quo Plinius Corbulonis expeditione legationibusque regum notitiam admodum amplificatam se prolaturum esse promittit. cui vero eam acceptam referat, vix dubium est. nam Corbulonis commentarios non Plinio ipsos praesto fuisse supra p. 25 ex 5, 83 potissimum conclusimus.

haec quasi praefatus Plinius dixit: *ordiemur autem a Cappadocum gente.* sed hic manifesto dormivit. quid? Cappadoces nonne iam 6, 8. 9 pertractati sunt. itaque haec ex fonte translata sunt. at suppletur illa Cappadociae descriptio eis quae 6, 24 leguntur, commodissime ita ut generaliter de ea terra verba fiant, qualia ibi desiderantur. neque enim de situ in universum aut de finibus 6, 8 agitur, sed quasi in medias res rapimur. est igitur 6, 24 quasi caput illius descriptionis. unde ad unum auctorem 6, 8 sq. et 6, 24 referenda esse satis liquet, nempe ad Mucianum. atque egregie inter duas partes convenit, ita ut iam corpus a Plinio dissectum componere liceat. nam quae 6, 8. 9 de ambitu Cappadociae conclusimus, hinc confirmantur [1]).

adnectitur Armenia maior, in qua ad Euphratis descriptionem remittimur 5, 83 *fluit Derzenen primum, mox Anaeticam, Armeniae regiones, a Cappadocia excludens* cf. 6, 25 *Armenia autem maior incipit a Parihedris montibus, Euphrate amne, ut dictum est, aufertur Cappadociae.* accedit quod illa Euphratis descriptio hinc supplenda est. nec enim retractatur ea pars Armeniae quam ille amnis perfluit, unde per se probabile est

[1]) de fragmento Agrippeo in calce 6, 24 addito cf. p. 166.

Armeniam eodem auctore describi, quo 5, 83 sq. usus est Plinius, nempe Muciano. atque haec opinio primo statim enuntiato confirmatur. nam fines Armeniae ita circumscribuntur, ut a septentrionibus *(a Parihedris montibus)* ad occidentem *(Cappadociae)*, deinde ad meridiem *(Mesopotamiae, Arabes Oroei*[1]*)*, *Adiabene)*, denique ad orientem *(ab ea transversis iugis* etc.). circulo quodam ducamur. qui ordo Mnciani est proprius, cf. p. 160.

a periegesi autem Armeniae descriptionem alienam esse eo potissimum cognoscitur, quod nusquam ad eam terram prospicitur nec omnino si quid video, in ea fluvius Absarros commemoratur. nam 6, 12 et 13 ex Itinerario illo sumptus est. tamen neutro loco notatur Armenias ab eo seiungi.

gravius est, quod *Sacasani Lupenii Diduri Sodi* qui 6, 29 in ora Ponti collocantur, in periegesi non exstant, *Macerones* vero nomine paulo immutato Machoronibus respondent (6, 11). dein 6, 29. 30 repetuntur quidam populi, qui iam in periegesi absoluti sunt: *Colchicae solitudines Moschi Heniochi Achaei,* sed ita ut descriptio a montibus ad mare quasi descendat.

tota autem enarratio 6, 25—30 unam imaginem constantem in se praebet. itaque praeter quaedam additamenta, de quibus brevi videbimus, quin ad unum referenda sit auctorem, non dubium est. ac laudantur 6, 27 Aufidius Bassus et Claudius Caesar. ad illum quamvis eum Plinio bene notum fuisse certo sciamus, confugere non possumus. quippe qui nec geographicum opus composuerit nec in indice auctorum laudetur. accedit quod in speciali quadam quaestione auctor eum videtur adiisse. eadem magna ex parte ad Claudium quoque pertinent, qui quamquam in indice enumeratur, tamen et ipse historias scripsit. accedit gravissimum: ille Armeniam non eis finibus mensus est qui 6, 25 indicantur: latitudinem ab Hiberia Tigranocertam usque computat; 6, 26 ultra usque in Adiabenen fines proferuntur.

latino vero auctore Plinium usum esse et ipsa re verisimile est et comprobatur nominibus Silvorum 6, 29 Vallorum Suavorum 6, 30, quamquam fortasse recte nunc Detlefsenus secundum codicem R *Suani* edidit. quae si a graeco scriptore Plinius sumpsisset, aliter sonarent. recentissimam autem doctrinam hic nobis proposuit. unde omnia in Mucianum convenire in propatulo est. unum additamentum (6, 24 fin.) ex eius relatione supra p. 166 exsecuimus. ad alterum iam convertamus

[1]) nam sic fere traditur nomen 5, 85 *oroeon* 6, 25 *soroei* 6, 129 *oroeos*, ubi inter Mucianea ea gens commemoratur, contra *Arrhoei* 6, 117 ubi Isidorea adspersa esse infra probabimus. de differentia autem litterae initialis cf. 6, 104 *Ocelis* 6, 151 *Aceli* (e Graeco fonte) 12, 88 *Ocilia*.

animnm. agitur de initio § 26 ubi quae de Araxis et Euphratis fontibus tradnntur, narrationem interrumpunt. at haec non Mucianeam originem prae se ferunt. nam si Araxes et Euphrates eodem monte oriuntur, is non est Capotes, unde Mucianus Euphratis originem repetiit (5, 83). itaque sive Abos[1]) sive Aga cum Corbulone ille duorum amnium pater dicitnr, utiqne hoc abborret a Muciano. quamobrem quin aliunde hoc enuntiatum insertum sit, non dubito[2]).

de exitu autem Araxis Plinius primus novam doctrinam profert, quam plerisque probatam dicit. sed novimus eius morem pronomen pluraliter pro nno nomine substituentis. itaque cum Pompei aetatis scriptores, inprimis Theopbanes Cyrum et Araxen iuxta quidem, sed non coninnctos in mare deferri docnerint, id quod ex Strab. 501 recte Carolns Iohannes Neumann[3]) conclusit, baud scio an novam notitiam cum aliqua probabilitate Muciano tribnam. nam inter Pompeium et Corbulonem nemo Romanus Armeniam penetravit.

iam de 6, 12 ubi quaedam supra seposuimus, videamus. nam in Mucianea Armeniae descriptione 6, 29 a latere Colchicarum solitudinum ad Ceraunios verso, h. e. ad exortum solis Armenocbalybes sedent. qui 6, 12 ultra Trapezuntem collocantur. sed cum praeter hos duos locos Armenocbalybes nusquam commemorentur, coniectura non nimis andax videtur, eos 6, 12 ex Mnciano suppletos. cui convenit quod unus Mucianus ex Plini fontibus diligenter Armenias maiorem et minorem distinxit.

tum 6, 30 *portae Caucasiae magno errore multis Caspiae dictae* commemorantur. quae cum optime coniuncta sint cum antecedentibus, Muciano procul dubio adscribenda sunt. alia est sententia Münzeri l. l. p. 394 qui eum a Plinio corrigi censet 6, 40. at quis post Mucianum ei vera suppeditare potuerit, frustra quaesiveris. quae cum ita sint, 6, 40 quoqne a Plinio e Muciano translatum esse iudico. videtur igitur ille eos vituperasse, qui cum Corbulone res in Armenia gessere. qnos vero Mucianus dixerit, band obscure significatur verbis: *situsque depicti et inde missi hoc nomen inscriptum habent.* quae cum ad Muciani opus nequaquam referri possint, erroris emendatio quin ei debeatur, qui unus fere verum scire potuit, nempe Muciano, non dubito.

---

[1]) cf. Strab. 527 *ὁ Ἄβος, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Εὐφράτης ῥεῖ καὶ ὁ Ἀράξης, ὁ μὲν πρὸς δύσιν, ὁ δὲ πρὸς ἀνατολάς.* Plut. Pomp. 33.

[2]) unde exemptum sit, haud scio an ex 6, 39 cognoscere possimus, ubi ad 6, 26 respicitur.

[3]) *Strabons Landeskunde von Kaukasien.* Jahrb. suppl. XIII (1884) p. 326 cf. Plut. Pomp. 34.

denique 6, 31 in calce descriptionis mensurae quaedam adnexae sunt. e quibus media ex Nepote interposita est. prima iam 2, 173 prolata est in sensu[1]) quodam quam maxime affini Varronianae illius de terrae et aquae certamine declamationi: *ita terrae tres partes abstulit caelum, oceani rapina (cf. 6, 1) in incerto est. sed et relicta nobis una portio haud scio an etiam in maiore damno sit, idem siquidem oceanus infusus in multos ut dicemus*[2]) *sinus adeo vicino accessu interna maria adlatrat, ut centum quindecim milibus passuum Arabicus sinus distet ab Aegyptio mari*[3]), *Caspius vero CCCLXXV milibus a Pontico, idem interfusus intra per tot maria, quibus Africam Europam Asiamque dispescit, quantum terrarum occupat!* haec e Varrone fluxisse tam sensu quam verbis probatur. itaque 6, 31 quoque *aliqui* ad Varronem spectat. cui faveut verba: *tantis iterum angustiis infestatur Asia* (cf. 5, 65 fin.[4])

Claudi vero Caesaris mensuram eadem via, qua 6, 27 eius testimonium, ad Plinium perlatam esse in propatulo est. ea autem sicut supra exposuimus, cum reliquis ab initio coniuncta non erat. cum eadem ultima arte cohaerent: ipsa enim Mucianea sunt, id quod ceruitur notione portarum Caucasiarum.

6, 33 ad exteriora Asiae Plinius evagatur simillimis usus verbis quibus 4, 94 a Tanai ad extera Europae transgressus est. unde eundem auctorem utroque loco subesse manifestum est. tota autem illa de Ripaeis montibus doctrina, de fluvio Carambuci, de Arimphaeis priscam sapientiam profert.

tum 6, 36. 38 Varronem primarium auctorem fuisse iam supra p. 11[5]) demonstravimus. ad eius periegesin Plinium denuo se applicasse liquido patet. accedit quod rursus cum Mela congruentia invenitur.

etiam fragmenta Isidori et Agrippae cum Oehmicheno exclusimus: sed tertium quoddam exstat: *non desunt qui eius maris universum circuitum a freto* |XXV| (i. 20000 stad.) *tradunt.* id non ad periegesin pertinere eo comprobatur quod freti mentio nondum facta est. immo in Varronianis angustiae *fauces* dicuntur. itaque nec ex Varrone nec ex Agrippa aut Isidoro hoc enuntiatum fluxit. de Nepote equidem si coniecturae locus datur, cogitaverim. quae opinio una similitudine lo-

[1]) Eratosthenea proferri haud inutile fuerit adnotare.

[2]) cf. 3, 5 al.

[3]) nota nomen Varronianum, cf. 5, 47.

[4]) hoc loco fortasse Varroniana mensura, quae 2, 171 exstat, Agrippea quae est simillima, exturbata est.

[5]) cf. etiam p. 105.

corum 4. 77 et 6, 31 quam leviter fulciatur, me non fugit. sed adnotanda est diversitas quaedam quae inter Varronem et Agrippam intercedit, qua postea uti poterimus. nam hic eandem maris partem, quae Varroni oceanus Eous est, Sericum oceanum nuncupat. a Varrone stat Plinius praeter hunc locum ubique: 5, 97. 6, 33. 53. Sericus autem praeter 6, 37 non dicitur. sed cf. Div. orb. 18 unde emendatur Div. orb. 24 *India . . finitur ab oriente flumine Gange et oceano Serico* (*Persico* cod. *Indico* Dicuil e sequentibus)[1]).

in universum autem maris Caspii descriptio 6, 38—39 secum bene cohaeret. paucula tamen additamenta segreganda suut. nam initio § 39 quaedam ex Mucianea Armeniae descriptione repetuntur: *haec gens* (i. Albani) *superfusa montibus Caucasis ad Cyrum amnem, Armeniae confinium atque Hiberiae descendit, ut dictum est* (6, 29). deinde in fine fragmentum Agrippae male adglutinatum est, id quod recte sensit Oehmichenus[2]). debebat enim post Casi ipsius mentionem inseri. sed Plinius paulo post id interspersit, ne enuntiati formam e fonte translatam mutare cogeretur.

hinc a periegesi rursus deflectit Plinius, ut 6, 41—45 Persarum Parthorumque regna et Mediam tractaret[3]). quae descriptio a periegesi eo potissimum nomine secernenda est, quod Adiabene et Mesopotamia 5, 66 ad Syriam referuntur, cuius definitionis nunc ratio non habetur: accedit quod in periegesi ea pars maris Caspii quam Parthi Persaeque accolunt, diserte Caspium specialiter vocatur 6, 39 fin. at 6, 41 Hyrcanium pro eo nomine est. exordium autem ducitur ab Armeniae finibus, unde Mucianea hic inveniri conieceris[4]). cui sententiae haud leve adminiculum succrescit eo quod situs Nesebis et Gazae 6, 42 ab Artaxatis indicatur. hoc enim iter cum Corbulone Mucianus confecit. atque in eo bello itinera computata esse praeter 6, 40 testis est Statius, qui Silv. 5, 2, 43 Bolanum agros meusum esse tradit (cf. Vollmeri explicatio). tum portae Caspiae secundum Mucianum nuncupantur 6, 43. 44.

in Caspii maris circuitu 6, 39 usque ad Caspios perventum est:

---

[1]) Dimens. 1 verba adulterata sunt. id quod non mirum est, praesertim cum auctor initium quoque aliud constituerit atque Agrippa. item valet de Orosio 1, 2, 51.

[2]) *Plin. Stud.* 1880 p. 21.

[3]) pluralem *regna* cave dicas poetarum more dici. nam 6, 112 ubi item Mucianea servata esse infra demonstrare conabimur, caput descriptionis Parthiae exstat: *regna Parthorum duodeviginti sunt omnia.*

[4]) revertit Plinius ad Mucianum, cum 6, 40 illum de Caspiis portis errorem corrigeret eo auctore.

ab eodem loco 6, 46 pergitur. itaque Varroniana ibi quoque latere censueris. cui sententiae accomodatum est mare Hyrcanium tertia pars Caspii maris, quae partes ab accolis nomina traxerunt, more sane Varroniano. ac sunt quaedam cum Mela similitudines cf. Plin, 6, 47sq. *Commori . . Harmatotropi Chomarae*[1]), *Comani . . . Gandari Pariani . . Bactri . . Sogdiani:* Mela 1, 13 *Gandari et Pariani et Bactri Sugdiani* (*subsiani* cod.) *Pharmacotrophi Chomarae Choamani . . Comari.*

Varroniana igitur in 6, 46sq. inesse vix negabis. attamen minime integra sunt. immo non tantum continuatur Caspii maris descriptio, sed eae quoque regiones pertractantur, quae longius ab eo remotae sunt. neque enim si oram Caspii maris Plinius enarraret, potest intellegi: *sequitur regio Margiane,* quae ad orientem versus Apavortenae adnexa est. deinde hiat oratio. verba enim 6, 47 *ab huius excelsis* non habent quo referantur. nam *excelsa* montium intellego, non intellego urbis. ac si quis quaerat ad quos montes illa verba pertineant, praeter Caucasum nullus adest, qui commemoratur 6, 46 *citra id amnes Maziris, Straor, omnia ex Caucaso.* accedit quod verba *sequitur regio Margiane* ne ipsa quidem cum antecedenti descriptione maris Caspii bene cohaerent. ad Caucasum igitur pronomen *huius* spectare censeo. at sequitur *per iuga Caucasi* quibus verbis idem repetitur. itaque hic quoque contaminationem agnosco. tamen singula dividi posse despero. quis vero cum Varrone coniunctus sit, facile enucleatur. nam in antecedentibus 6, 41—44 Mucianum exscriptum esse consentaneum est: hoc igitur auctore Varroniana aucta sunt.

tum 6, 50sq. de Scythis agitur. quo loco duplicem originem eo perspici censeo, quod modo Persae modo Parthi cum eis conectuntur: quam distinctionem minime inanem esse ipse Plinius indicat: 6, 41 *Persarum regna, quae nunc Parthorum intellegimus.* accedit quod Scythica illa nomina Caucasi et Persarum non sine probabilitate ad eundem scriptorem referuntur, qui 6, 20 quoque illius gentis vocabulum servavit. contra populos Scythicos non eodem auctore enumerari apparet. nam Essedones alio loco hic, alio in periegesi Varroniana 4, 88 cf. p. 181. conferenda haec esse cum 6, 20 *sunt qui* eqs. supra indicatum est. sed ne hoc quidem neglegendum mihi videtur, quod Scythae *cum Parthis ex aequo degunt.* eadem enim leguntur 6, 112 *cum quibus* (Scythis Parthi) *ex aequo degunt,* ita ut haec verba ipsa apud auctorem fuisse eluceat. atque haec a Varrone aliena esse luculentur sequentibus comprobatur 6, 51 *haustum ipsius maris* eqs. unde antea alium scriptorem

[1]) *comare* E: *citomare* A: *c(a)emare* reliqui.

adhibitum esse supra conclusimus p. 12. ac profecto complures sibi praesto fuisse auctores Plinius diserte ipse testatur: *nec in alia parte maior auctorum inconstantia* eqs.

6, 51 Varroniana ad ipsius maris Caspii descriptionem pertinent, ultra quos fines in antecedentibus Plinius evagatus est. ea in fine illius descriptionis collocata fuisse haud scio an recte sentiam propter insulas, quas ea pertractata commemorari fas fuit.

optime igitur cohaerent sequentia, quibus Caspio sinu absoluto Scythici et Eoi[1]) oceani ora tractatur. exstant oceani nomina Varroniana, frons eiusdem notione invenitur, cum Mela (3, 59sq.) summa similitudo. continuo inde cursu usque ad Indiam pervenimus.

a cuius descriptione primum quidem additamenta quaedam separanda sunt. Senecae testimonium a Plinio additum esse supra coniecimus p. 5. id quod merito factum esse eo demonstratur quod contradicit eis quae 6, 58 leguntur: *gentes ei urbesque innumerae.* adde quod notae loco esse Senecae verba certum est. neque enim propter gentes CXVIII, sed propter amnes laudatur. deinde Agrippeae mensurae 6, 57 adscriptae sunt, postquam continua series quae graecis fontibus, Eratosthene maxime nititur, finita est. tum Artemidorea 6, 70[2]) sine conexu loco parum apto interposita sunt. adde quod verba *Indus statim a Prasiorum gente, quorum in montanis Pygmaei traduntur*, adeo mutila sunt, ut adscripto fragmento Artemidoreo enuntiati partem deletam esse coniecerис. ab huius auctoris descriptione (Strab. 719) ea quoque quam maxime recedunt, quae 6, 65 de Gange referuntur. hinc iure videtur colligi posse, ex Isidoro descriptionem ipsam non fluxisse.

deinque amplius additamentum secludendum est: 6, 61—63 quo loco summa cum diligentia ita ut vel quid in diversis exemplaribus traditum sit, adnotetur, dimensuratio Indiae adnectitur. hanc vero extra reliquam descriptionem esse positam inde intellegitur quod nullo modo neque cum antecedentibus neque cum sequentibus cohaeret. debebat autem in exordio descriptionis iuxta reliquas mensuras collocari. accedit aliud. in reliqua enim enarratione Eratosthenea potissimum proferuntur, eam autem ab illo viro alienam esse adnotavit Hugo Berger[3]). iam vero si quaerimus unde illud additamentum natum sit,

[1]) 6, 53 *e<o>um* Detlefsenus probabilius quam Müllenhoffius, *Deutsche Altertumsk.* III 1892 p. 53 *e<ur>um*. neque enim postea ad Eoum oceanum descriptionem pervenire iudicatur.

[2]) |XX| pro |XXI| legendum esse monuit Hoffmannus (Müller GGM. II 476).

[3]) *Die geographischen Fragmente des Eratosthenes* 1880 p. 227 adn. 1.

snmmi est momenti respici priorem locum 6, 44, nnde spatium a Caspiis portis Hecatompylon Partborum repetitur. quibus in verbis ipsa quoque Parthorum notio ad 6, 41 comparata est. ipsnm vero spatium (1044 stad.) ab Eratosthene alienum est, qui idem 1960 stadiis computavit secundum Strabonem 514. nec tamen de numeri corruptela licet cogitare. nam Amm. 23, 6, 43 1040 stadia computat. denique ab ipsa periegesi dissidet illa dimensuratio. nam *Peucolatis* est Indorum oppidum quod in periegesi 6, 94 *Peucolis* (cf. 6, 78 *Peucolitae*) dicitnr. quibns omnibus diligenter volutatis ad Mucianum 6, 61—63 referre non est quod cnnctemur. atque etiam Caucasus notione Mucianea invenitur 6, 62.

iam vide alienis resectis quid restet! post mensuras, quae in capite descriptionis suum locum tenent, generalis quaedam legitur descriptio, qua in nniversum de gentibus urbibusque, de amnibus, de montibus agitur: 6, 56—60. quid? cum periegeseos more nonne optime haec congruunt?[1]) adde quod continuo ordine cum eadem coniunctae snnt 6, 56sq.

pergitur 6, 64 *gentes quas memorare non pigeat.* haec egregie quadrant ad eum qui gentes innumeras Indiae esse scripserat (6, 56). ad periegesin exordium qnoque specialis descriptionis convenit: a montibus enim Hemodis ei initium capiendum est qui a Scythico oceano ad Eoum deflexus Indiam attingit. nna igitur atque constans expositio est, qua 6, 56—79 India absolvitur exemptis nempe eis qnae aliunde a Plinio adlata esse demonstravimus. tum 6, 69 eadem eisdem fere verbis repetuntur, quae iuxta Varroniana 2, 184 enarrantur, nisi quod 6, 69 apud Monaedes et Suaros mons Maleus dicitur, 2, 184 in gente Oretum. cum vero ipsa verba consentiant, aut hic aut illic erratum esse verisimile est. quid? si *Monaedum* librariorum culpa in *Oretum* abiit? tota autem descriptione ut graeca doctrina referta est, ita graeci fontis nullum indicium. denique cum Mela 3, 61. 66sq. est arta affinitas cl. Plin. 6, 56. 70sq. 79sq. Varronianae igitur periegeseos vestigia hic quoque apparent. quam hic fere intactam nos tenere aut alienis — praeter ea quae removi — non admixtis inde potissimum concluserim, quod nullo loco turbatus ordo lacerusque sermo invenitur quamquam in ignotis regionibus cum versemur, plurima alinnde non firmantur.

restat nt comparemus singulas mensnras orae 6, 72 cum generali 6, 56 proposita, quae Eratostheni tribnitur. atque hic ipse Plinius vel

[1]) cf. p. 83.

potius eius auctor queritur qnod nullae inter se mensurae congruant. nnde ne niminm consensum efflagitaveris 6, 72. igitur computatur ora ab ostio Gangis ad promunturium Calingon et oppidum Dandaguda . . . . . 625 m. p.
ad Tropina (i. ad flexum) . . . . . 1225 m. p.

igitur ad flexum . . . . . 1850 m. p.

6, 56 autem idem spatium accuratius 1875 m. p. (i. 15000 stad.) compntatur. sed si Plini de incertitudine numerorum conquestionem reputamus, non nimia illa differentia videbitur. maior est in sequentibus:

a Tropina ad Perimulam . . . 750 m. p.
ad oppidum Patalam . . . . . 620 m. p.

1370 m. p.

quae mensura iusto minor est (6, 56 [*XXIIII*] *LXXV*). itaqne vereor ne gravins hic peccatum sit.

dein post Indiae descriptionem 6, 78 cl. 6, 79 quattuor satrapiae quodammodo seponuntur. unde eiusdem auctoris vestigia in his qnoque inveniri verisimile est. ac profecto 6, 92—95, nbi eae satrapiae tractantur, eandem prae se ferunt indolem, qualem Indiae descriptio. sed interposita est cum reliquarum insularum, qnas a Plinio ab orae descriptione solutas esse hic quoque subsentio[1]), tum Taprobanes enarratio. quae bifariam divisa est. nam augentur ea, qnae ex periegesi petita sunt (cf. 6, 82 *ab Eoo mari*; respiciuntnr Prasi cf. 6, 68) Anni Plocami legatorum negotiatorum relationibns, quas a Plinio ipso ex scripto fonte additas esse supra conieci cf. p. 147. quae vero primo loco exstant, ea eisdem auctoribus accepta referuntur quibus Indiae ipsius descriptio. unde non est quod alii auctori vindicentur.

tum 6, 92—95 qnattuor illae satrapiae secundum eundem pertractantur. interrumpitur dein cursns, ubi ad Carmaniae finis perventum est, ut e Iuba (6, 96—100) et ex alio fonte recentiore (6, 100—106) suppleatur descriptio. reditur ad periegesin atque Varronem 6, 107 qui locus cum 6, 95 fin. optime cohaeret. postquam vero inde usque ad Persidis finem ora tractata est, rursus ad alium Plinius transit auctorem. sed de his paulo post disputabimus. prius enim nobis Iubae et Varronis narrationes quibns eadem pars orbis exponitur, comparandae sunt. ac 6, 92—95. 107 sq. et 6, 96—100 repetitiones haud paucas exstare non mirum est. neque enim Plinius quicquam fecit ut duas

[1]) nempe quia Patale commemorata ad eam partem orae respicit, qua inter descriptionem eius enumerata est. a faucibus autem Indi auctor evagatus insulas videtur absolvisse.

narrationes conflaret. sed differentiae quoque gravissimae inveninntur. e quibus maxima est haec: 6, 98 *ostium Persici maris* $\overline{L}$ *p. computatur.* qnem nnmerum veritati haud male accommodatum Detlefsenns Valesio[1]) anctore immutavit, sed perperam. firmatnr enim traditus numerus et 6, 152 *Macarum promunturium contra Carmaniam distat* $\overline{L}$. *p.* et Agathem. 3, 12 qni 400 stadiis idem spatium compntat. cf. etiam Strabo 727 *τὸ δὲ στόμα τοὺ Περσικοῦ κόλπου* <*οὐ*>[2]) *μεῖζον διάρματος ἡμερησίου*, quod ridiculum esset, si ad 40 stadia referretur. denique egregie convenit Eratosthenes (Strab. 765) *ὁ μὲν οὖν Περσικὸς κόλπος λέγεται καὶ ἡ κατὰ Πέρσας θάλαττα. φησὶ δὲ περὶ αὐτῆς Ἐρατοσθένης οὕτως, ὅτι*[3]) *τὸ μὲν στόμα φησὶν εἶναι στενὸν οὕτως, ὥστ' ἐξ Ἁρμόζοντος τῆς Καρμανίας ἀκρωτηρίου τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν Μάκαις* (cf. Amm. 23, 6, 10).

Valesius autem cur illo loco $\overline{V}$ pro $\overline{L}$ snbstituere volnerit, minime obscurum est. motus est enim alio Plini loco 6, 108 *Persicum introitu* $\overline{V}$ *latitudinis, alii* $\overline{IIII}$ *fecerunt.* sed hic manifesto erratnm est. atque hand scio an a faucibus sinus Arabici falso hic numerus ad Persici ostinm translatus sit cf. 6, 164. error vero nasci non poterat, nisi de ostiis sinus Arabici Persicique iuxta actum erat in fonte: cl. Mela 3, 73. 74 Varronem agnoscimus, cnius vestigia iam snpra in hac parte deteximus, cf. p. 105 et 32[4]).

pauca de recentiorum via 6, 100—106 proposita dicenda videntnr. Plininm enim ad snpplenda ea, qnae ex doctorum operibus exscripsit, nt erat a vita non alienns, negotiatorum narrationibus vel itinerariis haud semel usum esse vidimus. ita cursum quem sua aetate illi tenebant, ubi Indiam petebant, accurate exposuit, indicatis etiam priorum itineribus. cum eo autem cursu quo Plini temporibns utebantur, comparari posse eum qui in anonymi *Περίπλῳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης* describitur, viros doctos non fugit. quae vero affinitas existeret inter eum et Plininm, primus quaesivit E. A. Schwanbeck[5]), qui Plinium ipso *Περίπλῳ* qnalem nunc manibus tenemns, usum esse contendit. mitto hic accuratius de tempore eins auctoris anonymi disserere, praesertim cum ad Plininm nostra qnidem sententia haec quaestio non pertineat. nam recte Carolus Müller[6]) contra Schwanbeckinm monet,

[1]) Reinesio idem tribuit Ianus filius.

[2]) hoc vulgo adduut; possis etiam <*ὀλίγον*> quod post *κόλπου* facillime excidere potuit.

[3]) an *ὅτι* delendum?

[4]) de additamento 6, 109 *Onesicritus et Nearchus ... scripserunt* |$\overline{XVII}$| *esse* cf. p. 35. adde quod eorum ratio non convenit cum 6, 95 aut 6, 107 sq.

[5]) Rhein. Mus. 7 (1850) p. 321—369. 480—511. de Plinio egit p. 364 sq.

[6]) GGM. I 1861 p. XCVIII.

multa esse apud Plinium, quae non solum aliter concepta sint atque apud *Περίπλου* auctorem, sed etiam quae in *Περίπλῳ* plane desiderentur et tamen necessaria et genuina esse videantur. velut accuratius Plinius tempus quo navigari solebat circumscribit: *ante Canis ortum aut ab exortu protinus.* contra ille *περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα ὅς ἐστιν Ἐπιφί.* dein tricesimo die Ocelim venire nautas, inde diebus XL ad primum emporium Indiae Muzirim, commodissime autem ab Oceli egredi: nihil horum apud anonymum invenitur. accedit quod Plinius in ipso initio aliud iter describit ab Alexandria Coptum et inde per deserta Berenicen[1]: anonymus a Myoshormo navigat. denique si Plinius alterius quoque Rubri maris orae tam accuratam descriptionem legisset, qualem anonymus servavit, nonne putas eum ambabus manibus ipsam quoque arrepturum fuisse, ut etiam de occidentali ora eius maris quam diligentissime proderet? quae cum ita sint, Schwanbecki sententiae adstipulari nequeo, sed Plinium eadem vel simili negotiatorum relatione usum esse qua anonymum Müllero adsentior, quamquam ne huius quidem de auctoris aetate opinionem temere approbari velim, postquam contra eum disputavit Dillmannus[2]. tamen hic quae ratio inter *Περίπλουν* et Plinium intercederet, omnino non quaesivit, sed Schwanbeckio fidem habuit, qui l. l. p. 337 *Περίπλουν* ab uno auctore qui ipse illa itinera confecisset, compositum esse iudicavit. cui opinioni quamvis non possim applaudere, tamen in praesens de ea disserere non attinet. Plinium autem ex *Περίπλῳ* non hausisse tenendum est[3].

---

[1]) proxime accedit Itin. Anton. p. 172 Wess. p. 76 P.-P. quod adscribere non supervacaneum visum est ut Plini ratio perspiciatur:

Copto Berenice	258 m. p.	257 Plin.
Poeniconon (i. *Φοινίκων*)	24	
Didime	24	
Afridito (i.-*tes*)	24	
Compasi	22	
Iovis (*Dios* Tab. Pent. Rav.)	23	
Aristonis (*Xeron* Tab. Peut. et Geogr. Ravenn.)	25	
Falacro	25	
Apollonos	23	184
Cabalsi	27	
Cenon hydreuma (i. *καινόν*)	27	236 (E)
Beronicen	18	

easdem stationes exhibent Geogr. Ravenn. 2, 7 p. 59, 8sq. P.-P. et Tab. Peut.

[2]) Monatsberichte der Berl. Akad. 1879 p. 413—429. cui plane adsentitur B. Fabricius, *der Periplus des erythraeischen Meeres.* Leipzig 1883 p. 27.

[3]) 6, 100 haud scio an scribendum sit [*XIII*] *LXXV*, ut sint 11000 stadiorum. neque enim aestimant 10660 aut 10680 stadia. contra 6, 110 codicem E sequendum

sed ad orae descriptionem ut revertamur, a Perside Plinius ad interiora tractanda digreditur. respicit autem ad 6, 41 nec sine iure. nam illa descriptio necessaria supplementa nansciscitur 6, 112sq. ac recens est doctrina, qua de Parthis agitur, non de Persis. caput autem prioris descriptionis et Parthiae et Mediae hic exstat 6, 112sq. nam nunc demum de finibus, de situ accurate edocemur. quam arte autem inter se illae unius descriptionis partes cohaereant, cum multis rebus ostenditur, tum 6, 116 verbis *et horum Ecbatana*, quae non intelleguntur, nisi ea quae 6, 43 de capite Mediae exstant, paulo ante legebantur. itaque Plinius in duas partes descriptionem divisit, ita ut alteram reservaret, alteram iam 6, 41sq. absolveret. ex alio vero atque periegeseos auctore haec hausta esse eo potissimum comprobatur, quod regio maritima Ceribobus non solum a narratione Pliniana, sed omnino a relatione Nearchea, quam illa sequitur, aliena est.

intricatior dein quaestio est de Mesopotamia 6, 117sq. nam quamquam excepto mucrone eius de quo auctore Muciano 5, 86 actum est, idem scriptor suggeritur, tamen non unum hunc consuluit, id quod repetitionibus quibusdam et differentiis cernitur. distant autem descriptiones in terrarum discriptione. nam 6, 114 Sittacene a Mesopotamia distinguitur; 6, 117 Artemita oppidum in Sittacene situm Mesopotamiae adscribitur; Adiabenen Mucianus a Mesopotamia distinxit (6, 28. 41. 44), at 6, 118 confunduntur eae terrae. nam Gaugamela Lycus Azoni Azochis secundum Mucianum ad Adiabenen pertinent. dein quamvis Plinius ea quae iam commemorata erant, se non repetiturum spoponderit, tamen multa rursus tractantur. notatur autem iteratio 6, 119 *dicta est et in Zeugmate Apamea*: cf. 5, 86 *Zeugma*. unde apparet alterum auctorem, nempe Mucianum (5, 86), unum nomen Zeugmatis praebuisse, alterum (6, 117) utrumque. item 6, 119 *Nicephorion quod diximus* cf. 5, 86 *Nicephorium*, ubi terminationis differentia in Plinio non neglegenda. hic repetitionum ille sibi erat conscius. eas non adnotavit alibi: 5, 85 Arabum regio Oroeon dicitur: eandem tenent 6, 117 *Arrhoei et Mandani*[1]). 5, 86 *Edessa quae quondam Antiochia dicebatur* recentiorem doctrinam ostendit[2]): 6, 117 *Antiochia Arabis* idem oppidum vocatur.

---

iudico $\overline{CCCCXII}$ i. 3300 stad. denique fontem Plinii graece conscriptum fuisse haud scio an recte ex nomine *Neacyndon* efficiam; nam eorum oppidum apud ceteros *Nelcynda* vocatur. quae differentia nisi ex graecis litteris $A \sim A$ non explicatur.

[1]) de nominis differentia cf. p. 123.

[2]) tamen haeseris utrum Antiochia Arabis ad Edessam an ad Antiochiam, ‚quae ad Euphraten' vocatur (5, 86) spectet. certe res eadem est, si quid nos velimus tantum observas. sed hoc quod supra scripsi, verisimilius est.

respici tamen Mucianeam enarrationem cum eis locis cognoscitur, quibus iterationem Plinius agnovit, tum eo quod ad illius Euphratis descriptionem delegamur: 6, 120 *a Zeugmate* CCL, quo loco mensura Mucianea insistit 5, 86. 90. cf. 5, 89 et 6, 125 cum 5, 87. itaque Vologesocertam 6, 122 oppidum nuperrime conditum ab eo sumptum esse conieceris.

quocum vero Mucianea a Plinio contaminata sint, quaeramus. 6, 124 Nearchus Onesicritus Iuba laudantur, unaque cum eis alius scriptor *qui postea scripsit*[1]). nam illius testimonium insertum esse luculeuter apparet nec illud *postea* solum ad Nearchum Onesicritumque spectare, sed etiam ad Iubam. recentior autem Iuba e Graecis auctoribus unus est Isidorus. huius igitur opes cum Mucianeis conflatas conicio. quam coniecturam paulo post aliis quoque argumentis firmabimus.

denique 6, 126 mensurae quaedam adduntur, admodum abrupte, sive prospicis sive respicis. e quibus duae Agrippae sunt: *Zeugma abest Seleucia Syriae ad nostrum litus* CLXXV cl. 5, 67 (cf. p. 159 Dimens. 4) et *Parthici vero regni latitudo* DCCCCXVIII[2]) cl. Div. orb. 23, ubi latitudo *DCCCCXX* computatur, *DCCCCXL* Dimens 2. item Plin. 6, 137. unde fortasse etiam Seleuciae a mari Rubro[3]) CCCXX, a Zeugmate DXXIIII[4]) spatia eidem tribuere licet cl. 6, 137 ubi Mesopotamiae longitudo indicatur DCCC p., Dicuile 2, 6 DCCCC testante. unde si DCCCL efficimus, ratio fere apparet[5]). sed haec pro certis nou venditaverim. tamen verisimilia iudico, praesertim cum in Zeugmate mensurae insistaut.

Tigridis meutione obiter facta, Plinius adducitur, ut de ipso nunc agat. cuius descriptio duplicem originem prae se fert: nam modo a fonte ad ostium, modo inde ad fontem procedit. ex parte autem (6, 127) usque ad verba cum Straboue 529 congruit:

b) influit in lacum Aretissam omnia inlata pondera sustinentem et nitrum nebulis exhalantem.

ἡ δὲ Ἀρσηνὴ (λίμνη), ἣν καὶ Θωπῖτιν καλοῦσιν· ἔστι δὲ νιτρῖτις, τὰς δ'ἐσθῆτας ῥίπτει καὶ διαξαίνει.

[1]) cf. quae de hoc loco disputavimus p. 35.

[2]) var. *DCCCCXLIIII* E Mart. 700, quamquam Dicuil 2, 7 longitudinem DCCCCXX testatur mensuris permutatis.

[3]) Rubrum mare plerique dicunt, sed Agrippa etiam mare Rubrum cf. Plin. 6, 196 Dimens 4. 29 Divis. 19. 23.

[4]) sic E.

[5]) unam originem haud scio an omnibus illis mensuris etiam propterea vindicare liceat, quod inter continuam descriptionem interpositae sunt. nam verba quae sequuntur *est etiamnum . . . Digbam* cum fine § 125 cohaerent.

a) unde concitatur, a celeritate Tigris incipit vocari. ita appellant Medi sagittam.

c) unum genus ei (lacui) *piscium est, idque transcurrentis non miscetur alveo sicut neque e Tigri pisces in lacum transnatant.*

διὰ δὲ τοῦτο καὶ ἄποτόν ἐστι τὸ ὕδωρ. φέρεται δὲ δι' αὐτῆς ὁ Τίγρις ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Νιφάτην ὀρεινῆς ὁρμηθεὶς, ἄμικτον φυλάττων τὸ ῥεῦμα διὰ τὴν ὀξύτητα, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα, Μήδων τίγριν καλούντων τὸ τόξευμα. καὶ οὗτος μὲν ἔχει πολυειδεῖς ἰχθῦς, οἱ δὲ λιμναῖοι ἑνὸς εἴδους εἰσίν.

dein Tigrin in specum mergi et ab altero latere Tauri erumpere apud utrumque narratur. iam sequuntur in Plinio (6, 128) haec:

alterum deinde transit lacum, qui Thespites[1]) *appellatur rursusque in cuniculos mergitur et post XXII p.*[2]) (i. 180 stad.) *circa Nymphaeum redditur.*

iterum eadem scribuntur mutatis tantum nominibns. neque enim Thespites lacus sive Thepites, nisi ego plane caecutio, diversus a *Θωπίτῃ* qui aliis est *Θωσπίτης*[3]). ac si solum de duobus lacubus res esset, cederem nec haererem, quamquam eum qui adfuit talia committere parum verisimile est[4]). sed bis flumen condi apud neminem traditur, cf. quae congessit Müller ad Dion. Per. 988. itaque duplicem narrationem dnplicis originis indicinm esse indico. ac Plinius eo faciliorem excusationem habet qnod nomina differunt. accedit quod post alteram partem admodum abrupte Claudi Caesaris testimonium sequitur.

Muciani autem ut hic vestigia agnoscam, hisce commoveor: recentissimam doctrinam Plinius profert, cum nemo ante Corbulonem Romanus illas regiones peragraverit. dein 6, 129 respicitur ad 6, 25 ubi Mucianea invenimus. tum Arabes Oroei eiusdem proprii sunt (6, 129; Arrhoei Isidori). porro Adiabene ibidem sicut apud Mucianum factum est, speciatim percensetur, apud Isidorum cum Mesopotamia confnnditur (cf. p. 193), in periegesi ad Syriam refertur (5, 66). praeterea fluvius Nicephorion Corbulonis expeditionibus notus est cf. Tac. ann. 15, 4. Claudi quoque Caesaris testimonio Mucianea origo commendatur, quippe qui etiam 6, 27 a Muciano Plinio suppeditatus sit. Caucasus qnoque notione Mncianea 6, 134 exstat. ibidem a periegesi

---

[1]) *tepites* E i. Thepites.

[2]) haud scio an praestet lectio F² *XXV* i. 200 stadia.

[3]) cum multos errores in Plini codicibus obvios ex nnciali litteratura natos esse constet, fortasse hic *e* pro *o* scriptum est.

[4]) Ptol. 5, 13, 7. 8 *Θωσπίτιν λίμνην* ab Arsissa distinguit.

differentiam notavit Weissbachius Pauly-Wissowa III 1426, qui probabiliter Csmbalidi montis nomen cum Cambade Tauri parte composuit 5, 98. deniqne diligenter Armenia maior significatur, id quod Muciani proprium est, cf. 5, 83. 6, 9. 12. 24. 41 nec non 2, 226[1]). haec igitur universa Mnciano certe favent. tamen eius doctrinam non integram praestari supra indicavimus. quod verum esse egregie eo confirmatur qnod cum Mucianea Tigridis enarratione quae a fonte ad ostium procedit, alia conflata est, quae agmen contrarium sequitur. neque enim si cum flumine progredimur, citra Selenciam Babyloniam (6, 129) CXXV p. (i. 1000 stad.) dividitur Tigris, sed ultra. binc factum est, ut in Pliniana descriptione omnia perturbarentur. alterius nempe ordinis in terris enumerandis 6, 131 ratio habetur: *proxima Tigri regio Parapotamia appellatur. in ea dictum est de Mesene*[2]). ascendimus deinde ad Chalonitidem, cnius Ctesipbon, tunc ad Sittacenen, quam etiam Arbelitidem et Palaestinen dici traditur. baec pugnant cum Mucianeis. nam 6, 41 Arbelitis est pars Adiabenes. itaque apud Mucianum Sittacene artioribus finibus circnmscripta erst.

quos vero auctores — nam varios esse adhibitos vel ex 6, 135 suspicari licet, ubi *quidam* laudantur — contaminaverit Plinius, restat quaerendum. ac de Muciano facile conveniet. alter qui sit coniectura indagare possumus. Isidorum enim in Mesopotamia adhibitum esse ex 6, 140 supra p. 42 collegimus, quo loco Iuba ab aliquo scriptore carpitur, qui Cbaraci mire favet. leve quoddam adicio in quo non multum esse momenti ipse scio, sed tamen non omnino spernendum. Seleucia enim compluribus operis Pliniani locis commemoratur diversis significationibus. nam ut 6, 212 Nigidi *Seleuciam cognominatam Babyloniam* mittamus, quamquam boc cognomine urbem ferri solitam esse inde perspicitur[3]), 6, 43 *Seleucia magna est*, 5, 88 *Seleucia Parthorum*. quae Muciano tribnimus. at Isidori haud scio an proprium sit cognomen illud Babyloniae. nam 6, 129 verba a Mucianea descriptione abhorrentia *citra Seleuciam Babyloniam* eidem adscribere licet. cf. 6, 133. 122. semel 6, 124 nude ex eodem ut videtur, sed ubi errari non potuit, Babylone antea commemorata.

de Agrippae testimonio, quod ab ipsa descriptione alienissimum esse Oebmichenus adnotavit[4]), et de lite quae de Charace oppido mota est, iam supra diximus[5]), ubi Iubam ab Isidoro corrigi statuimus.

[1]) contra Armenia simpliciter dicitur Isidoro 5, 127.
[2]) quae commemorata est 6, 129, nunc describitur.
[3]) Strabo 743 (*Σελεύκεια ἡ ἐπὶ τῷ Τίγρει λεγομένη*).
[4]) *Plin. Stud.* 1880 p. 21.
[5]) cf. p. 42.

Plinius tamen non huic, sed illi fidem habuit. itaque relicto nunc Isidoro ad Iubam transit. unde comprobatnr antea eum Isidoro esse usum, sicnt ipsi statuimus.

sed prinsquam de Iubae in sequentibus parte disputemus, sane operae pretium est, cnm Plinianis comparare Isidori opusculum de mansionibus Parthicis servatum, ut qnatenns cnm eis consentiat, quatenns ab eo recedat, perspici possit.

atque apud Isidorum mans. Parth. 1 commemoratur oppidum *Χάραξ Τίδου* qnod graeco nomine *Ἀνθεμουσιάς* dicitur. bis idem apud Plinium nominatur: 5, 86 *Anthemusia*, 6, 118 *Anthemus*; neutro loco forma Isidorea apparet. quamqnam hoc non presserim propterea qnod in Isidori loco librorum memoria incerta est. consentit deinde de Zeugmate cum 6, 119. ibidem *Nicephorion*[1]) . . . *Alexander iussit condi propter loci opportunitatem*, quibus cum verbis cf. Isidorea: *Νικηφόριον παρ' Εὐφράτην πόλις Ἑλληνίς, κτίσμα Ἀλεξάνδρου βασιλέως.*

de nomine fossae Euphratis barbaro *Narmalchan* agitur 6, 120: idem apnd Isidorum commemoratur *Ναρμάλχαν*[2]). Artemita ut apnd eum ita 6, 117 commemoratur in Mesopotamia, secundum Mncianum (6, 114) in Sittacene sita esset. porro cum 6, 131 *ad eam* (sc. Chalonitidem) *pervenit Zagrus mons et Armenia inter Medos Adiabenosque veniens* eqs. comparo Isidori verba 3 *ἐντεῦθεν ἡ Χαλωνῖτις . . . εἶτα ἀπὸ σχοίνων ε' ὄρος ὃ καλεῖται Ζάγρος, ὅπερ ὁρίζει τὴν Χαλωνῖτιν χώραν καὶ τὴν τῶν Μήδων.* in Mesopotamiae igitur descriptione ubi Isidorea apud Plinium admixta esse aliis de causis coniecimus, inter hunc et Isidori opusculnm quaedam similitudines intercedunt. unde id quod statuimus, haut mediocriter confirmatur. summi vero momenti est nomina *Narmalchan* et *Narragan* ad eum certo indicio referri posse. nam Characenum Arabicae linguae gnarum fuisse perquam probabile est.

iam vero ubi extra Mesopotamiam procedimus, nulla iam inter Plinium et Isidorum affinitas, immo leves quaedam differentiae. nam Isid. 8 *Ἀπάμεια* in Choarene[3]) commemoratur, quae est Plinio aliisque Apamea Rhagiane (6, 43)[4]). dein 12 *Παρθαίνισα ἡ πόλις . . Ἕλληνες δὲ Νισαίαν λέγουσιν*, at Plin. 6, 113 *regio Nisiaea*[5]). tum 14 *ἐντεῦθεν*

[1]) nota graecam formam, pro qua latina in Mucianeis 5, 86.

[2]) si *Narmalchan* Isidoro Plinius debet, etiam de nomine *Narragan* idem valere consentaneum est: 6, 123.

[3]) Isid. *Χοαρηνή*: 6, 44 *Choara* (Muc.).

[4]) cf. Tomaschek, Pauly-Wissowa I 2265.

[5]) DF *regia*, quae lectio ut commendari videtur Isidori vocibus *ἔνθα βασιλικαὶ ταφαί*, ita propter sequentia *ubi Alexandropolis* ferri nequit.

Μαργιανή, σχοῖνοι λ', ἔνθα Ἀντιόχεια ἡ καλουμένη Ἔνυδρος; paulo diversa Plin. 6, 47 *qua* (Alexandria Margiana) *diruta a barbaris Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit Syrianam interfluente Margo, qui corrivatur in Zothale. is maluerat Antiochiam appellari.* unde perspicitur eis temporibus quibus Plini auctor scripsit, Syriauam dictam esse urbem. porro apud Isidorum 4. 5. 6. 7 Media quadrifariam dividitur[1]), cuius partitionis apud Plinium nullum vestigium. iam *Ἀπαναρκτιχηή* quae est Isidoro 13, apud Plinium 6, 46 dicitur eadem regio *Apavortene.* itaque nt mittam nonnullas nominnm differentias, quibus paulum lucramur, praeter Mesopotamiam sane exstant quaedam diversitates minime neglegendae. qua re egregie comprobatur Asiae interioris descriptionem Plinianam non ex Isidoro esse derivatam, id quod aliis rationibus supra conclusimus.

sed cursum interruptum ut pergamus, ad Arabiam transeamus 6, 142 sq. cuius ambitum Iuba — nam huic Plinius diserte 6, 141 se addixerat — usque ad montem Amanum propagavit. cuius rei in periegesi (5, 80) mentio minime est facta. commemorati sunt illi Arabes in Muciaueis et in Isidoreis (5, 85. 6, 25. 117), tamen alio loco quam quo nunc referuntur. nil enim eis ibi cum Amano Ciliciaque. novam igitur prorsus doctrinam Plinius nunc profert. accedit quod nunc demum comperimus non sponte eos translatos esse auctore Tigrane. ac ne Nubei quidem Arabes reliquis in Syria descriptione nominati sunt. itaque alio quodam scriptore nituntur 6, 142, alio vel potius aliis 5, 80 et 5, 85. 6, 25. 6, 117. Iubae igitur proprietatem quandam agnoscimus. altera cernitur sequentibus verbis 6, 143 *ipsa vero paeninsula Arabia* — quae opponitur quodammodo eis partibus terrae quam Arabes mediterranei tenent — *inter duo maria Rubrum Persicumque procurrens.* hic Rubrum mare dicitur idem quod nos hodie sic nuncupare consnevimus, ita ut opponatur Persico. diversa autem apud diversos auctores illud nomen subiit officia. significat enim plerumque mare meridianum inter Indiam et Aethiopiam situm, hic vero sinum Arabicum. ad hnnc praeter 6, 143 pertinet nomen 6, 154, ceteris locis amplius patet. dein 6, 144 Nabataei extant, qui iam 5, 65 pertractati sunt. nec non 6, 145 iterum terra iuxtra Euphratis ostium sita tractatur. quo loco forma *Charace, -es* Iubam prodit cf. p. 43. de eadem regione iam 6, 131 sq. actum est. at vide differentiam: priore loco Chaldaei 6, 123 non nt populus, sed nt secta doctorum percensentur; 6, 143, 145 quasi gens, sicut 6, 121 Chaldaicarum gentium.

[1]) cf. Mülleri ad 4 notam GGM. I 250.

Iubae dein vestigia in insularum nominibus agnosco 6, 148: *Tylos* (sic enim cod. E recte exhibet) *et altera minor* cl. 12, 38, ubi Iuba auctore de duabus huius nominis insulis agitur de maiore et minore. Tyros autem maior est secundnm Eratosthenem, minor Aradus, cf. Strab. 766 *νῆσοι Τύρος καὶ Ἄραδος ἱερὰ ἔχουσαι τοῖς Φοινικικοῖς ὅμοια . . καί φασί γε οἱ ἐν αὐταῖς οἰκοῦντες τὰς ὁμωνύμους τῶν Φοινίκων νήσους καὶ πόλεις ἀποίκους ἑαυτῶν* (cf. Plin. 4, 120)[1]) quamqnam XII D interesse dicuntur 6, 148 (i. 100 stadia) X 12, 38. quae diversitas baud scio an diversa ratione effecta sit. nam in geographicis libris octona stadia singulis milibus Romanis respondent, sed dena aliorum sententia. duos autem locos eo magis comparare licet, quod eiusdem Iubae libri auctoritate nituntur qnae libro XII de odoribus Arabiae Plinius exponit (cf. 12, 56 et 6, 161).

sed 6, 146[2]) ex alio auctore aliquid interponi Plinius pronomine *quidam* indicat. quo Isidorum significari iudico. nam eius auctoritate 6, 132 oppidum Apameam commemoraverat Plinius. praeterea sicut 6, 140 Romanorum quoque negotiatorum relationibus nsus est. ad eos enim provocat 6, 149, ut Iubae narrationem suppleat. ibidem scriptorem quoque praeter Iubam a Plinio inspectum esse concludo ex verbis: *Omanae quod priores celebrem portum Carmaniae fecere.* itaque quamvis Plinius Iubae se applicaret, Isidorum nondum seposuit.

dein commode ducitur descriptio usque ad Sabaeorum emporium Acilam, a qno in Indiam navigari testis est ipse Plinius 6, 104. situm est iuxta fauces sinus Arabici. tunc abrupte, sive verba sive sententias respicis, de Macarum[3]) promunturio agitur 6, 152. 153. verbis autem *reliqui in continente a noto* eqs. ad orae descriptionem reditur. cui vero debeatur quod interpositum est, iam videamus. qua in quaestione summi bercle momenti est Melam 3, 79 eadem similibus verbis referre. ad latinum igitur necessario auctorem referimur. Varroni eo libentius baec tribuimus, quod inter Eratostbenea apud Strabonem 766 Nearcbo Orthagoraque auctoribus eadem leguntur. at dixeris differre inter se 6, 152 et 6. 108, quae ipsa quoque Varroni adscripsimus. concedo, sed ibi qua ratione erratum sit, haud obscurum. in Carmaniae enim ora describenda, ubi ad ostium sinus Persici per-

[1]) quo loco Varroniana Plinium referre elucet e fragmento apud Charis. GL I 61, 8 servato (e Plinio, cf. Prisc. GL II 331, 17) *ab Erythro mare orti* cf. Reitzenstein, Hermes 20 (1885) p. 531.

[2]) quo loco quid sibi velit illud *quod abesse a Petra dierum X navigatione* non intellego.

[3]) de lectione cf. supra p. 42.

ventum est, Arabici sinus ostium substitutum est. uum uecessario idem error in Arabica ora repetendus fuit? adde qnod nescimus, uter peccaverit, Varro an Plinius. deinde Azauium mare 6, 108 quoqne Varronis est. insnla autem Dioscoridu commemorata ultra eos fiues Plinius evagatur, ad quos orae descriptio ducta est. itaque hanc quoque ab ea separandam elucet [1]).

Varronianis igitur interrumpitur continua orae descriptio, ad quam eis quae supra significavi verbis reducimur. atque graece fontem fuisse conscriptum certis argumentis comprobatur. nam sicut *flumen Cynos* 6, 148 in sequentibns Plinius vertit *flumen Canis*, ita hic graeca fere retinuit, cf. 6, 150 *stelae lapideae* (6, 174. 37, 75 e Theophrasto). 6, 153 *a noto*: *ἀπὸ νότου*, quae notio ad caeli plagam significandam Graecis quidem satis trita, Latinis fere inaudita. item Graecum sapit illud 6, 154 *ad utraque maria εἰς ἀμφοτέρας τὰς θαλάσσας*, quamqnam vulgariter Romanos quoque sic dixisse non nescio [2]). qnibus in verbis Iubae vestigia eo quoque cernuntur, quod uotio sinus Arabici evitatur: *ad utraque maria .. in Rubro litore .. intus*. dein quamqnam Sabaeos *ture ditissimos* fuisse vulgaris doctrina est, tamen non uolim adnotare, de eis Plininm a Iubae potissimum doctrina pendere: cf. 12, 80 et 12, 56. Atramitae gens illa Arabum dicitur et 6, 155 et 12, 52 [3]); contra *Ἀτραμωτῖται* apud Artemidorum (Steph. B. s. v.), *Χατραμωτῖται* apud Eratosthenem (Strab. 768). itaque Chatramotitae 6, 154 alterum quoque fontem adhibitum esse produnt. nec tamen hoc uno argumento ea sententia nititur. uam iterantur etiam Minaei 6, 155 — coniunguntur autem cum Atramitis, ergo ibi ex Inba sumpti sunt — et 6, 157, ubi fabula de eorum origine graeca adnectitur [4]). dein Sabota 6, 155, quam formam Iubae esse ex 12, 52 concludimns, non diversa est a Sabatha 6, 154, quae *Σάβατα* est Eratostheni (l. l.). tum Maribba 6, 157 num a Mariba 6, 159 diversa sit dubito. quid, quod fuere qui eandem urbem in uomine *Mareliabata* 6, 155 agnoscerent? *Μαρίαβα* antem dicitur apud Erathosthenem l. l. denique in forma Laeana 6, 156 Isidorum cernimus. dnplici igitur hic quoque fonte praeter Varronem Plinium esse usum in propatulo est. quae seutentia egregie firmatnr 6, 156, ubi tres minimum auctores Plinium manibus tenuisse luculenter

[1]) in numero differentia cernitur. nam 2000 stad. abesse traditur insula a continente (Strab. 766 Erat.), hic CXXV (i. 1000 stad.).

[2]) cf. 4, 49. 9, 121. 130 al.

[3]) similiter a Theophrasto (hist. plant. 9, 4, 2) oppidum Arabiae *Ἀδραμύτα* dicitur.

[4]) cum eadem arte cohaerent quae 6, 138 de Rhadamaeis fabulosa referuntur.

apparet: Iubam, Isidorum, Romanum scriptorem h. e. Varronem. unde quae ex singulis rebus collegimus, certo testimonio signantur. itaque Plinius quamquam Iubam ducem elegit, tamen non uni credidit, sed Isidori libros cum eo comparavit. ac ne Varronem quidem sepositum esse cognoscitur.

denique sub finem descriptionis Arabiae (6, 160) ex Aeli Galli de sua expeditione relationibus hausit, similiter ac de Balbo acta triumphalia adiit (5, 36 sq.).

in sequentibus neque Isidorus neque Iuba abiectus est. nam 6, 164 praeter Agrippae mensuram duos auctores accersitos esse apparet, qui Agrippeo testimonio disiunguntur. bis enim idem faucium spatium refertur. primum ex Timosthene: *angustias* $\overline{IIII}$ *D*[1]) *p.* (i. 36 stad.) dein secundum alium quendam vel $\overline{IIII}$ vel $\overline{IIII}$ *D* vel $\overline{XII}$[2]). itaque alter scriptor unam faucium mensuram protulit, alter tres. ille etiam 6, 170 adhibitus est, ut Iuba emendaretur. ergo Isidoro tres mensuras iure vindicamus, unica mensura Iuba contentus fuit, illum priore loco Timosthenis, Eratosthenis, Artemidori mensuras Plinio obtulisse supra p. 33 coniecimus.

diversas autem diversorum auctorum mensuras cum Sprenger[3]) parum feliciter explicasse videatur, paucis rem expedire conemur. Eratosthenes enim secundum Strabonem 769 sic mensus est:

latus Arabicum 14000 stad.

latus Trogod. 9000 stad. usque ad Ptolemaida
4500 stad. inde ad Berenicen. } 13500 stad.[4]).

in latere Arabico Artemidorus (Plin. 6, 163) consentit. nam |*XVII*| *L* scribendum esse ipsa librorum varietate indicatur ($\overline{XIIII}$ *L* E: *XVI* DF. *XVI quinquaginta* R). in Trogodytico vero pro Eratostheneis 9000 stadiorum usque ad Ptolomaida 9500 computavit: |*XI*| $\overline{LXXXVII}$ *D*[5]).

tum Agrippae numerus ex Eratostheneo ratione inventus est. nam circuitus secundum Eratosthenem 27500 stadiorum est; quae summa dimidiata efficit 13750 stadia i. 1718¾ m. p.: |$\overline{XVII}$| $\overline{XXXII}$ Agrippam sine differentia laterum mensum esse traditur i. d. 13850 stadia. itaque

---

[1]) et hic et 6, 170 *IIII D* E, reliqui codices $\overline{VII}$ *D* (vel *VII* quod idem valet *D* omisso). Agathem. 3, 14 60 stad.

[2]) an $\overline{VII}$ i. 56 vel potius 60 stad. cl. Agath. 3, 14? aliter atque hic fauces Arabici sinus Varro computavit 6, 108 *V* vel $\overline{IIII}$, siquidem recte illo loco erratum esse commutatione sinus Persici et Arabici statuimus.

[3]) *Geographie des alten Arabien* 1875 p. 11 sq.

[4]) eosdem numeros exhibet Agath. 3, 14.

[5]) sic codices nisi quod E pro *VII* solito errore *IIII*, reliqui *L* omittunt.

Agrippa in computando C stadiis errasse videtur. quod fieri potuisse concesseris. sed notabilis est reliqnorum codicum praeter E lectio |XVII| XXII, quae illis 1718 $^{3}/_{4}$ m. p. adeo vicina est, ut aegre mihi persuadeam non scriptum fuisse aut |XVII| XIIX aut |XVII| XVIII.

restat ipsa Eratosthenis mensura, quem |XII| ab ostio in quamque partem aestimasse volunt. at |XII| solo codice E nititur, XIII in reliquis exstat, nnde ab initio |XII| L[1]) fuisse in propatulo est. sed neque hic numerus neque ei qui in libris traditi sunt ullo artificio ad Eratostheneas mensuras adaptari possunt. quid multa? Isidorus falso Persici sinus ambitum ad Arabicum transtulit. cf. 6, 108 |XXV| *circuitu ut Eratosthenes tradit* qui numerus dimidiatus |XII| L efficit. quae disputatio ad singulorum indolem aperiendam non plane inutilis fuit.

primo igitur loco mensurae ab Isidoro prolatae exstant, claudunt agmen mensurae ex Iuba petitae. inde in sequentibus quoque primarius auctor est Isidorus: nam 6, 165 sinus Laeaniticus dicitur eo auctore (cf. 6, 156). in sequentibus graecae originis multa vestigia: *Heroon oppidum*: Ἡρώων πόλις (at Iuba Ἡρώιων scripserat, cf. 6, 156 *inter oppida Heroeon et Characen*).

Cambysu (oppidum).

Daneon portus: Δανέων λιμήν.

6, 167 *a Gerro quod adipsum*[2]) *vocant*: ἄδιψον.

6, 169 *Matreu*: Ματρέου

Eratanas: Ἐρατᾶνος[3])

insulae Stenae thyrae[4]) *aliquot*: Στεναὶ θύραι

6, 172 *Aduliton*: Ἀδουλιτῶν. sed postquam intellexit Plinius 6, 174 *Adulitarum*[5]).

6, 173 *insulae quae Aliaeu* (Ἁλιαίου) *vocantur*.

Stratioton: Στρατιωτῶν.

6, 174 *sinus Abalitu*: Ἀβαλίτου.

barbara quoque nomina ab Isidoro explicari supra vidimus. en 6, 165 *sinus quem Arabes Aean vocant*. 6, 168 *fons est Ainos* (sic recte Detlefsenus cf. 6, 158) cf. 6, 159.

---

[1]) i. 10000 stad.

[2]) sic Sillig; *agipsum* fere codd. et Detlefsenus.

[3]) quo loco *regum hi praefecti fuere* legendum. *Maraeu* et *Stratonos* nuper Detlefsenus edidit, hoc utique recte nisi forte Plinius *E* pro *C* (Σ) apud graecum auctorem legerat.

[4]) sic quod traditum est interpretandum iudico. vulgo *dirae* (i. δειραί) scribunt. cf. 6, 174 *insulae . . . Pseudopylae . . . Pylae*.

[5]) an etiam 6, 172 *lacus Mandalu* cum D legendum?

sed contaminationi certo argumento sunt Arabes Autaei bis positi 6, 167. 6, 168. cf. etiam 6, 167 *in sinu Carandra*; idem 6, 165 secundum Isidorum significatur: *sinus quem Arabes Aean vocant.* eodem pertinet quod duplex causa omissae alvei a Nilo ad Rubrum mare constructionis affertur: pronomine *aliqui* alius auctor perstringitur. nec minus 6, 167 *oppidum parvum est Aenum, alii pro hoc Phileterias scribunt.* sed luculentissimum testimonium adest 6, 170 *Iuba qui videtur diligentissime persecutus haec, omisit in hoc tractu, nisi exemplarium vitium est, Berenicen alteram . . . et tertiam.* itaque Iubae libros Plinius manibus tenuit necnon alterius auctoris cuiusdam, quem Isidorum esse vix negaveris. ex hoc loco haud scio an liceat concludere in universum Iubam Isidorumque consensisse in hac quidem parte. ubi vero graviores differentiae extitere, utrumque exscripsit Plinius, cf. 6, 178 sq. tamen cum alterum ex altero suppleret, haud semel in errores aut repetitiones incidit.

6, 170 Iubam ex Isidoro suppleri supra[1]) notavimus. at postea Ptolomais Epitheras cognominata commemoratur perperam collocata. neque enim prope aut etiam ultra fauces Rubri maris sita est, id quod apud Plinium, ut eius verba sunt, scriptum est. exempta vero § 170, quam ex Isidoro additum esse coniecimus, iusto ordine omnia procedunt.

sed praeter Iubam Isidorumque Romanum quoque illum scriptorem, quem 6, 156 Plinius laudat, consuluit. nam 6, 171 ad 2, 183 respicitur, quo loco nec Iuba nec Isidorus adhibitus est: ille omnino in indice desideratur, hic propter 2, 243 sq. nominatur, id quod Artemidori nomine praecedente demonstratur. contra 2, 183 iam saepius Varroniana invenimus, ita ut hunc in sexto quoque libro adhibitum esse suspiceris. quod verum esse apparebit, ubi 6, 169 *introrsus Candaei quos Ophiophagos vocant, serpentibus vesci adsueti* contemplati erimus. nam Iubae et Isidori descriptio interioris Aethiopiae sive Arabiae 6, 178 sq. demum incipitur. solvitur quaestio collato Mela 3, 81, qui usque ad ipsa verba cum Plinio conspirat[2]). de Varrone igitur vix dubitaveris. fortasse Azanium quoque mare sicut 6, 108. 153 ad eum pertinet. tamen singula disponere non possumus. sed 6, 175 verba *aliqui . . . Baragaza* inter Iubae narrationem interposita sunt. artissime enim *portus Mossylites* et *Mossyli<ti>cum*[3]) *promunturium* cohaerent. praeterea a Iuba certe alieni

[1]) cf. p. 201.

[2]) *Panchaei* ei dicuntur, qui apud Plinium *Candaei*. fortasse differentia librariis debetur. in unciali enim scriptura facile pro Panchaeis Candaei substitui possunt. assentior igitur Sieglino qui in Detlefseni editione anni 1904 *Panchaei* restituit.

[3]) sic puto scripsisse Plinium: cf. *Αἰλανίτης Aelaniticus* sim.

sunt Aethiopes Aroteres 6, 173. nam is accolas Nili a Syene non Aethiopum populos, sed Arabum dixit 6, 177.

tum inde a 6, 178 Plini vigor adeo elanguit, ut duas narrationes iuxta ponere satis haberet[1]). quare facilius auctores distinguuntur. nam Iubam ipse inspexit, Bionem sicut supra p. 43 propter 6, 183 potissimum coniecimus, ab Isidoro transtulit. praeterea Plinius fontibus Romanis quoque usus est: Petronio enim auctore de eius expeditione rettulit[2]) 6, 181. quae non ex Iuba fluxisse vel inde apparet quod hic *Napata* oppidum dixit, ille *Nepata* 6, 181. 189. praeterea recentissimam scientiam Plinius adhibuit: quid Neronis exploratores imperatori renuntiaverint, exstat 6, 184 sq. cf. 6, 181. qui oppidum illud *Nabata* dixerunt.

restat exterior Africae ora, quae tractatur 6, 187—197. atque quae 6, 188 leguntur, quodammodo cum Mela cohaerent 3, 92. sed 6, 189 ad Iubam revertitur Plinius. hoc inde potissimum cernitur quod ex eodem loco incipitur, quo Iuba destitutus est 6, 176. accedit quod sinus Arabicus Rubri maris nomine dicitur. denique 6, 191 Asachas Iubae deberi ex Plinio 8, 35 perspicitur. eorum autem montes 6, 189 dicti sunt. Hesperios quoque Aethiopas Iubae notos fuisse ex 8, 77 efficitur: cf. 6, 197. 199.

describenda est autem et ora et Nili ripae. itaque primum quidem ora enarratur 6, 189 usque ad verba: *ulteriora Atabuli Aethiopum gens tenent.* tum interponitur Nili descriptio a Meroe usque ad Syrbotas 6, 190 fin. quae ita constituta est, ut de Trogodytica ripa verbis *dein contra Meroen . . . quae elephantis vescitur* agatur, deinde de opposita ripa Africana hisce: *ex adverso in Africae parte Macrobii*, tum in altera pergatur: *rursus a Megabarris*, qui Trogodyticam ripam tenent (cf. Diod. 3, 33, 1), usque ad Hypsodores. denique *ex Africae parte* populi usque ad Syrbotas enumerantur. continua igitur haec descriptio, quae in proximis ex Aristocreone et Bione suppletur h. e. ex Isidoro. nam neutrum ipsum a Plinio adhibitum esse apparet. deinde ad Iubam reditur, ut terra inter montes 6, 189 init. commemoratos et Nilum sita pertractetur. id quod fit usque ad verba *vivunt elephantorum venatu.* iam Nili descriptio continuatur ex auctore quodam, apud quem Bion adhibitus est, i. e. Isidoro[3]). nam diversam haec produnt originem

[1]) simile quiddam in libris qui ad artem spectant, Furtwängler observavit, Jahrb. suppl. 9 (1877) p. 73.

[2]) haec e latino fonte manasse concluserim propter *forum Cambusis* (cf. Ptol. 4, 7, 16 *Καμβύσου ταμεῖα*).

[3]) ipse Isidorus duplici est usus auctore. nam *insula in Nilo Semberritarum reginae paret* 6, 191 repetitur ex Bione 6, 193 *proximae insulae oppidum Sember-*

quam antecedentia. iterantur enim *Palugges* (*Phaliges* E) 6, 191, *Phalliges* 6, 192. unde hand scio an *Semberritae* 6, 191. 193 idem sint, qui *Simbarri* secundum Iubam nuncupantur 6, 191.

initio 6, 194 verbis *regio supra Sirbitum ubi desinunt montes, traditur* eqs. ad Inbam reducimur. nam conexus qnidam est inter haec et 6, 151 *inter montes autem et Nilum* eqs. in Nili autem descriptione oppidum Sirbitum a Plinio commemoratum non est. rursus interrumpitur cursus testimonio Dalionis ab Isidoro 6, 183 adhibiti, quo auctore Plinius Nilum describere pergit usque ad verba *reliqua deserta*. quae ad Iubam non pertinere eo cognoscitur quod Nili origo non ex Mauretania repetitur, quae est sententia Iubae propria (cf. 5, 51 sq.).

seqnentia autem ubi fragmentnm Dalionis ab Isidoro sumptum exsecaveris, optime coibunt cum orae descriptione. nam Nigroe et qui post eos commemorantur, oram tenent.

denique e mensuris 6, 196 prolatis prior Agrippae tribuitur, posteriorem utrum Iubae an Isidoro addicas haeseris. nam ceteri nullo numero sunt. ac Dabelli in Iubae descriptione Nili inveniuntur 6, 190: Sirbitumque licet in ipsa descriptione Nili omissum sit, tamen apud Iubam commemoratum fuisse apparet ex 6, 194, ubi ex eo loco maritimi Aethiopes definiuntur. tamen vereor ne mensura a Iuba aliena sit propter oceanum Aethiopicum [1]). quam significationem ille non novit: cf. 6, 175 *a Mossyli<ti>co promunturio Atlanticum mare incipere vult Iuba*. accedit quod ex Isidoro supplementa tantum tenuia ad Nili descriptionem adiecit in ea potissimum parte, in qna Sirbitum et Dabelli commemorandi fuerunt. quae nomina apud enm quoqne extitisse per se verisimile est. mensuram autem ab oceano Aethiopico Meroen ductam Isidorus exhibet 2, 245 [2]). tum eo auctore 6, 183 mensura Meroen usque perducta est eumque itineribus et navigatione Nili cnrsum computasse ex 6, 191 perspicitur. quae omnia si recte perpendeo, animus eo potius inclinat, ut Isidoro illam mensuram tribuam.

quaedam quae post mensuras adduntur 6, 197, aliunde petita esse ipsa collocatione indicatur. tamen unde sumpta sint, equidem non expedio, nisi quod aliena sunt ab eo cui 5, 9 sq. debentur. quem Sebosnm esse suspicati sumus. nam 5, 10 a Theon Ochemate usque

ritarum sub regina eqs., alter nominatur Bion, alterum Aristocreona esse conieceris, cl. 6, 191 ubi Aristocreonis narrationem apud Isidorum ex Bionea auctam suppletamque fuisse elucet.

[1]) de quo cf. Isidorus apud Plinium 2, 245.

[2]) quo loco recte Müller ad Agath. 2, 10 (GGM. II p. 481) DCXXV restituit.

ad promunturium Hesperium navigatione dierum ac noctium decem pervenitur. hic vero ab eodem *navigatio<ne>* [1]) *quadridui promunturium quod Hesperu Ceras vocatur* abesse dicitur. quibus in verbis praeter spatii diversitatem nomina quoque diversa velim animadvertas.

denique insulae absolvendae sunt, quae *eo* [2]) *mari*, h. e. Aethiopico, commemorantur. ac de eis quae usque ad Ephori testimonium 6, 199 tractantur, plane nescio. postea Sebosnm large adbibitum esse conieci p. 44. cnius provinciam a Polybi fragmento incipere arbitror, excluso nimirum Nepotis fragmento, quod ab initio cum Polybianis coniunctum non fuisse monui p. 17. ac Seboso favet similitudo qnaedam, quae intercedit inter Plinium et Melam (3, 99), sed ita ut illum non ex anctoro y hausisse eluceat. qua de re cf. p. 81sq.

iam Africam Asiamque circumvecti sumns, quod quibus ducibus Plinius fecisse videatur, paucis comprehendere haud absonnm fuerit. igitur postquam in Mauretaniis propter statum terrarum paulo ante mutatum recentiorem Plinius doctrinam protulit, a Numidia usque ad Africae finem rursus Varroni se credidit, additamentis ex Agrippa aliisque adiectis. Varro autem in Africa cursnm contrarium tenuit. idem per totum opus Plinio praesto fuit. sed in Aegypti descriptione Iubae doctrinam, ab alio oblatam, fortasse a Seboso sicut coniecimns, noluit omittere. ac iam Muciani Isidorique vestigia licet rara apparent, quorum auctoritas augetur procedente opere, atque illius eis praesertim locis quibus mediterranea tractantur, hic a Syria largius adbibetur contrarioqne ac Varro, quocum Plinius consentit, cursu litus legit. in interiore deinde Asia, quam et Varro et Isidorus utpote periegeseos auctores minus diligenter exposuernnt, recentem largamque doctrinam praestitit Mncianus. quo auctore Galatiae Cappadociae Armeniarum Partbiae Mesopotamiae descriptiones aut totae aut ex parte referuntur. sed ne Varronem quidem Plinins sprevit: a Caspio enim mari usque ad Indiae finem ex aliis pauca adduntnr. binc usque ad Persidem Varroniana Plinins utitur descriptione, interposita Onesicritea a Iuba oblata. huius auctoritas inde praevalet. nam iam in Mesopotamia praeter Mucianum et Isidorum eius vestigia cernuntur, in Arabia Trogodytica Aethiopia modo Inba ex Isidoro, modo bic ex illo suppletnr, quamquam Varronis tenuia quaedam fragmenta ne in his quidem partibus desunt. in fine autem operis Sebosns Iubae doctrinam obtulit. denique claudunt generales mensurae, quae quibus anctoribus ad-

[1]) sic cum Dicuile 4, 2 scribendum.

[2]) perperam Detlefsenum coniecisse *Eoo mari* monuit Wagner, *Erdbeschreibung des Timosthenes von Rhodos* 1888 p. 66 cf. Berger, *Frg. des Erat.* 1880 p. 93.

scribendae sint, aut Plinius ipse testatus est, aut nos enucleare conati sumus.

iam quoniam ad finem propositum duximus, ea quae in dissertatione disputavimus, non omnia aeque certa aut aeque verisimilia esse ipsi libenter concedimus. tamen hoc non in quaestionis ratione, sed in ipso quaestionis genere positum esse nemo ibit infitias. nam ubi fontes fere perierunt, periculosum sane et plenum opus aleae est de eis inquirere nec sine audacia quadam peragendum, nisi quis forte propter id ipsum tales quaestiones contemnit. at hercle Pliniana doctrina tunc demum recte nos uti posse nemo negaverit, ubi quo quid auctore tradatur perspectum erit. et nisi in temeritatem illa audacia vertitur, suum fructum ex his quoque quaestionibus percipi posse manifestum est.

Appendix I.

de chorographia apud Strabonem adhibita.

Strabonem amplius usum esse Romanis auctoribus per se parum verisimile est. neque enim acerbius quam verius de geographis Romanis iudicium tulit: 166 *οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεῖς μιμοῦνται μὲν τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολύ. καὶ γὰρ ἃ λέγουσι, παρὰ τῶν Ἑλλήνων μεταφέρουσιν, ἐξ ἑαυτῶν δ' οὐ πολὺ μὲν προσφέρονται τὸ φιλειδήμον, ὥςθ' ὁπόταν ἔλλειψις γένηται παρ' ἐκείνων, οὐκ ἔστι πολὺ τὸ ἀναπληροίμενον ὑπὸ τῶν ἑτέρων, ἄλλως τε καὶ τῶν ὀνομάτων, ὅσα ἐνδοξότατα, τῶν πλείστων ὄντων Ἑλληνικῶν.*

in sola autem Italiae vicinarumque insularum descriptione largiora praebebant aut certiora fontes Romani, unde sexies in ea parte *ὁ χωρογράφος* laudatur. rectissime vero ipse Schweder cavit[1]) ne omnia spatia milibus Romanis definita ad eundem auctorem referrentur. Polybium enim iam hic illic milibus computasse notum est. id quod de Artemidoro non ausim contendere, quo Schweder exemplo utitur. nam haud raro Plinius ipse Graecam mensuram ad Romanam redegit

[1]) *Beitr.* II 1878 p. 70. Graecos auctores milibus spatia exprimere, cum miliaria lapidum Romanorum describerent, bene monuit Alexander Riese GLM 1878 p. VIII.

(cf. 2, 247. 6, 36, 62 al.) illius autem chorographiae vestigia apud Strabonem late patere in occidentalium terrarum descriptione Schweder opinatus est. quo nomine, cum ille duo opera plane diversa, Agrippae et Augusti confuderit, in singulis nobis quaerendum est possintne alterutri cum probabilitate tribui, quae Schweder chorographiae vindicavit.

ac primum quidem Schweder e Romanis fontibus petita esse non sine probabilitate contendit quae Strabo 166 de Hispaniae administratione narrat. tamen Agrippae chorographiae haec non deberi luculenter demonstratur fine Baeticae ad Castulonem saltum contra eius sententiam constituto. sed talia Romae comperire a quolibet proclive erat. itaque ne Schweder quidem haec ad Agrippam refert. sed p. 167 Strabonem ex eo hausisse sibi persuasit: *ῥεῖ δὲ διὰ τῶν Ἀστύρων Μέλσος ποταμός, καὶ μικρὸν ἀπωτέρω πόλις Νοῖγα καὶ πλησίον ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ ἀνάχυσις ὁρίζουσα τοὺς Ἀστυρας ἀπὸ τῶν Καντάβρων.* haec Schweder coniungenda censuit cum Div. orb. 5 *Hispania Lusitania cum Asturia et Gallaecia. finitur ab oriente Noeca Asturum, quae est ad mare oceanum.* quae sane ex Agrippa fluxerunt (cf. Plin. nat. 4, 118). at Strabo ne minimo quidem indicio prodit de provinciarum terminis se agere. immo plus quam mirum esset, si iu Baeticae finibus ab Agrippae divisione abscessisset, in Lusitaniae eam arripuisset. accedit quod inter Agrippea Noeca tantum oppidum commemoratur, Strabonis vero descriptio tam diligens tamque perspicua est, ut facile mihi persuadeam haec eum ab amico aliquo Romano comperta habuisse, qui illum locum coram viderit. qualibus testimoniis non uno loco Strabo usus est.

dein quicquid Romanam originem prae se fert in Hispauiae descriptione, velut 137 *τὴν προσεχῆ τούτῳ χώραν τῇ λατίνῃ φωνῇ καλοῦσιν Κούνεον, σφῆνα σημαίνειν βουλόμενοι*[1]) vel 140 *τὸ τῆς Φωσφόρου ἱερὸν ἣν καλοῦσι λοῦκεμ δουβίαν* sim. Schweder e chorographia petita esse affirmat. quam opiniouem cum argumentis non fulta sit, refutare non opus est. quod vero Strabo 151 exhibet haec: *Λατῖνοί τε οἱ πλεῖστοι γεγόνασι καὶ ἐποίκους εἰλήφασι Ῥωμαίους, ὥστε μικρὸν ἀπέχουσι τοῦ πάντες εἶναι Ῥωμαῖοι. αἵ τε νῦν συνῳκισμέναι πόλεις, ἥ τε ἐν τοῖς Κελτικοῖς Παξαυγοῦστα καὶ ἡ ἐν τοῖς Τουρδούλοις Λὐγοῦστα Ἡμέριτα καὶ ἡ περὶ τοὺς Κελτίβηρας Καισαραυγοῦστα καὶ ἄλλαι ἔνιαι κατοικίαι,* nisi cuivis Romae degenti facillimum fuisset scire, ex Augusti opere, non ex chorographia Agrippea fluxisse crederem.

[1]) similia apud Melam 3, 7, sed desideratur interpretatio, qua ipsa Straboniana non ex scriptore Latino manasse ostenditur.

eodem opere Augusteo in Gallia describenda usum esse Strabonem 177, ubi ab Augusto Caesare Aquitaniam quattuordecim populis auctam esse legitur, Schweder p. 78 putat; cf. etiam p. 77, ubi de Strab. 189 agit, quo loco populi Aquitaniae enumerantur et qui antiquitus ad eam terram pertinebant et qui ab Augusto adiecti sunt[1]). tamen et situs ratio habita est, nec ad litterarum ordinem populi aut apud Plinium aut apud Strabonem enumerantur. unde neutrum ipso Augusto usum esse manifestum est.

porro provinciae Narbonensis fines secundum Agrippam circumscribi Schweder existimat p. 73. id quod minime verisimile est. nam Agrippa Alpibus et saltu Pyrenaeo (cf. supra p. 61 sq.) Narbonensem terminavit, Strabo autem 178 pro saltu Pyrenaeo templum Veneris Pyrenaeae[2]) — quosdam usque ad Pompei tropaea eam extendere asserit —, pro Alpibus fluvium Varum commemorat. quae differentia eo minus neglegenda est, quod Strabo locis quibusdam in ora sitis obiter terminos indicat, Agrippa fines ut ita dicam perduxit et non punctis contentus lineam effecit.

omnino ille artificiosius Eratosthenis more parallelogrammi figura Narbonensem describit, quam rationem nec ipse adhibere solet, nec Agrippam secutum esse scimus.

sequuntur apud Strabonem (178 fin.) itineraria duo, alterum milibus conceptum a fine provinciae per oram usque ad Varum, alterum multo longius stadiis, quae Schweder cum Peterseno[3]) chorographiae tribuit, propterea quod cum aliis itinerariis Romanis in universum consentiunt. quod quamquam certum est, tamen ea ex chorographia Agrippae sumpta esse minime comprobatur. nam Straboni qui nobilissimis Romae viris familiariter utebatur, promptum fuit ex publicis tabulis ea comperire. itineraria autem in Agrippae commentariis proposita fuisse nec demonstratum est nec verisimile. nam ea quin iam antea publice collecta fuerint in usum magistratuum, non est dubium. accedit quod ea quae apud Plinium 3, 37 ex Agrippa referuntur, minime gentium consentiunt cum spatiis Strabonianis. merito autem Schweder Peterseni coniecturam reicit, qui Plini numeros sine ulla probabilitate ad Strabonis corrigendos putat.

manifesta vero chorographiae suae vestigia Schweder sibi videtur nanctus esse apud Strabonem 186[4]). ait enim ille: *μητρόπολις δὲ*

[1]) qui apud Plinium (4, 108) non distinguuntur.

[2]) sic etiam Plin. 3, 22 in periegesi.

[3]) Rhein. Mus. 9 (1854) p. 102, 422.

[4]) *Beitr.* II 1878 p. 56. 76. III 1883 p. 20.

τῶν Ἀρηκομίσκων ἐστὶ Νέμαυσος . . . ὑπηκόους γὰρ ἔχει κώμας τέτταρας καὶ εἴκοσι τῶν ὁμοεθνῶν, ἔχουσα καὶ τὸ καλούμενον Λάτιον. quo cum loco Schweder rectissime comparat Plin. 3, 37 *oppida vero ignobilia XVIIII sicut XXIIII Nemausensibus attributa.* unde necessario concluditur illa XXIIII non ex Augusti tabulis esse sumpta vel propter numerum. neque enim inter illa XVIIII, quae nomina ex Augusti tabulis Plinius omisit, XXIIII oppida Nemausensibus attributa comprehenduntur. accedit quod eorum in tabulis censoriis omuino non erat locus: *κώμας* enim recte ea Strabo nuncupat.

tum de Italia paucis Schweder egit, nimirum ipse argumentis singulis parum auctoritatis tribuens. sed in Etruriae oppidis enumerandis laterculos Augusti expressos esse confidenter affirmat[1]). iam vero mihi compara quaeso Straboniana 226 *ἐν τῇ μεσογαίᾳ πόλεις πρὸς ταῖς εἰρημέναις Ἀρρήτιόν τε καὶ Περουσία καὶ Οὐολσίνιοι καὶ Σούτριον* — hacteuus situs respicitur — *πρὸς δὲ ταύταις πολίχναι Βλήρα τε καὶ Φερεντῖνον καὶ Φαλέριοι καὶ Φαλίσκον καὶ Νέπητα καὶ Στατωνία καὶ ἄλλαι πλείους.* qua in enumeratione ordiuem litterarum latinarum observatum esse in propatulo est. at ah Augnsti tabnlis haec series aliena. minime enim eadem apud Plinium 3, 52 leguntur. accedit quod secuudum Plinium 3, 51 colouia Falisca est, quae apud Strabonem *πολίχνη*. quomodo vero illa Etruriae oppida enumerentur, velim animadvertas. potiores enim civitates distinctius tractantur ita ut situs aliquateuus ratio habeatur, ignobiles sequuntur ad litterarum ordiuem dispositae. at hercle alia est dispositio Augusteorum.

uam de alia serie oppidorum ad litteras dispositorum, quam Schweder[2]) in Straboue 250 invenisse sibi visus est *Βοιανὸν Αἰσερνία Πάννα Τελεσία συνεχὴς Οὐενάφρῳ* vix est quod agam. quasi Augustus iu opere publico usui destinato Eserniam scribere potuisset[3]). adde quod omnino vicinitas locorum respicitur (*Τελεσία συνεχὴς Οὐενάφρῳ*), qnae ubi ad elementa dispouuntur nomina, ueglegitur.

sed de Sicilia iam supra p. 54 egimus; ibi Agrippea a Plinio cum descriptione quadam ex qua Mela quoque peudet, couiuncta esse demonstrasse uohis videmur. idem de Strabone valet. nam ipse 266 addit chorographiae mensuras minime cum insulae enarratione coniunctas. unum adnoto: inter ipsas meusuras e chorographo petitas quae leguntur 266 *εἰς δ' Ἱμέραν ποταμὸν δεκαοκτώ, διὰ μέσης ῥέοντα*

[1]) *Beitr.* II p. 80 sq. III p. 20 sq.
[2]) *Beitr.* III p. 21.
[3]) tituli semper *AE-* exhibent, cf. Thes. l. l. I 1083.

Σικε λίας falso universa ad Agrippam referri. nam ultima a Strabone addita esse ipsa ratione grammatica cernitur. unde cadunt quae Schweder cl. Mela 2, 119 inde conclusit [1]).

tum de vicinis insulis Schweder p. 86 pergit. confert antem potissimum Plin. 3, 92 et Strab. 277. atque hic diarmata inter Pachynum et insulas Meliten et Gaudum a chorographo sumpta esse propterea verisimile esse concedo, quod et milibus ea concepta sunt et is auctor paulo ante laudatur. at vide qua re Plinius a Strabone dissideat. hic a Pachyno quantum insulae distent, indicat, ille ab oppido Camarina [2]). itaque temerarium esset haec confundere.

iam in Aeoliis insulis summa similitudo inter Plinii et Strabonis descriptiones sane intercedit. at quae peracta descriptione Strabo e chorographo adglutinat, ea non habent apud Plinium, quibuscum conferantur.

ac ne ea quidem quae postea ad suam opinionem firmandam Schweder disseruit, ad persuadendum idonea sunt. nam quod Strab. 388 [3]) montes Arcadicos e chorographia manasse censet, refutatione non eget, cf. p. 83. item improbo quod Strab. 216. 217 ea oppida ut nobilissima vel insignia enumerari iudicat [4]) propterea quod coloniae essent. quae opinio nulla re commendatur. ac si vera esset, minime inde sequeretur, ea nomina ex Augusti tabulis esse sumpta: quid? quod ne milibus quidem ratio facta est, sed stadiis?

aperte autem Schweder errat, quod in via Appia describenda colonias potissimum a Strabone commemoratas dicit: an Calatia umquam colonia fuit?

denique ut quod de singulis rebus disserendo effecimus, in unum colligamus, haec teneri velim: Strabonem chorographia Agrippea non usum esse nisi ubi diserte eum auctorem laudat; quae inter Strabonem Plinium Melam intercedit affinitas, eam qualibet alia ratione explicandam esse, non eo libro adhibito. immo quicquid ad hoc opus pertinet, a reliqua eorum descriptione recedit.

cur vero Strabo opus Agrippeum non eius nomine citaverit forsitan quaeras, praesertim cum Plinius de auctore non dubitasse videatur.

---

[1]) *Beitr.* II p. 88. progr. Kiel 1879 p. 16 adn. 2.

[2]) minime mihi probatur Partschi ratio qui l. l. p. 58 *πρόκειται δὲ τοῦ Παχύνου <καὶ τῆς Καμαρίνας> Μελίτη . . καὶ Γαῦδος ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτὼ μίλια τῆς ἄκρας ἀμφότεραι διέχουσαι* coniecit.

[3]) prog. Kiel. 1879 p. 8.

[4]) *Beitr.* III 1883 p. 50.

qua de re ad coniecturam confugiendum est. fac commentarios post auctoris mortem iussu Augusti a quolibet publici iuris esse factos, qui eo modestiae processit, ut non suum nomen operi inscriberet. quae sententia similis certe est Schwederi, quocum in hac re eo libentius consentio, quod in plerisque cum eo mihi pugnandum fuit.

Appendix II.

quae ratio intercedat inter Sallustium et Plinium Melamque.

Schweder[1]) iam in communi fonte Plini Melaeque Livium Sallustiumque adhibitum fuisse perseveravit. ac de Livio quo iure hoc dixisset, supra expositum est cf. p. 6. neque enim Livius pater intellegendus est, sed filius, nec in primario fonte adhibitus est, sed hic illic a Plinio ad eum augendum accitus. de Sallustio[2]) vero res est sane digna quae diligenter examinetur. nam quamvis fieri potuerit, ut Varro Sallustium legerit, si aetatem solum respicimus, tamen ea opinio mihi quidem parum verisimilis videtur. itaque exponam necesse est, qua ratione similitudines quas Schweder composuit, explicem. proin singulas in examen vocemus.

multa autem ex eis quae ille collegit, ita comparata sunt, ut plane nihil efficiatur. velut Sall. hist. frg. 2, 54 Maur. *inter laeva moenium et dexterum flumen Turiam quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit* adhibitum esse statuit apud communem auctorem Plini 3, 20 *Valentia colonia III p. a. mari remota, flumen Turium* et Melae 2, 92 (sinus Sucronensis) *Scrobin et Turiam et Sucronem non magna excipit flumina, urbes complexus et alias quidem, sed notissimas Valentiam* eqs. quasi reconditiorem hi doctrinam protulissent ab historico repetendam.

[1]) *Beiträge* II 1878 p. 68 adn. progr. Kiel 1879 p. 17; Philol. 46 (1888) p. 278 sq.

[2]) Sallustium a Plinio lectum esse nec ulla re probatur et omnino non veri simile est propterea quod historicos mirum quantum Plinius neglexit. ac ne ea quidem quae ex Sallusti historiis fluxisse videntur, ex ipso opere hausta sunt, cf. Maurenbrecher, *Sallusti historiarum reliquiae* I 1891 p. 13. 38. 66. 76. quamquam quas addidit de Plini fontibus coniecturas vix defendere valebit. ceterum Varronem in libris de rebus urbanis componendis Sallustio usum esse Maurenbrecher l. l. p. 43 coniecit. quidni invicem?

item hist. frg. 4, 23 *omnis Italia coacta in angustias finditur in duo promunturia, Bruttium et Sallentinum*, qnid ad Plin. verba 3, 43 faciat, equidem non video. nam is plane aliam imaginem praefert: *duo cornua emittens, Leucopetram dextra, Lacinium sinistra.* Mela vero tam ambiguus est, ut 2, 58 dispici neqneat, a cuius parte stet. sed 2, 67 quod Sallentino frontem Italiae determinat, a Plinio longissime recedit. quapropter eo loco supra p. 73 sq. usi sumus, ut Melam non ex eodem auctore hausisse contenderemus, qui primarins in ea parte Plinio fuit. ac ne ego quidem eo infitias sive Melae auctorem sive ipsnm Melam a Plini fonte descivisse propter Sallustium, cuius genus dicendi eum imitatnm esse post alios Frickius in Melae editione 1880 p. III demonstravit.

ad Ponti situm transeo: Sall. hist. frg. 3, 63 *speciem efficit Scythici arcus* qnae tritissima est inde ab Eratosthene imago [1]). notandum est autem Plinium Melamque voce *forma* uti (Plin. 4, 76. 86 Mela 1, 102), Sallustium voce *species* [2]). dein cum eadem imagine artissime coninnctum est Sall. hist. frg. 3, 77 nec tamen inde Mela aut Plinius pendent. ac ne hist. frg. 3, 80 quidem exquisitam quandam doctrinam Sallustius prodidit, cum Histrum Nilo tantum minorem diceret, id qnod sane apud Melam 2, 8 legitur. sed fac ad Melam hoc ex Sallustio pervenisse: de communi Plini Melaeque fonte inde nil efficitur, cum ea sententia apud illum non legatur.

tum Sall. hist. frg. 3, 79 Dannvium nominari donec Germanornm terras relinqueret, dicit. similia certe, qnamquam non plane eadem apnd Melam l. l. leguntur: *alio quam desinit nomine exoritur*, nec in hac re dissentit Plin. 4, 79. sed nulla re indicatur Melam Pliniumque ea ex Sallustio transtulisse.

porro ad hist. frg. 2, 2 *Sardinia in Africo mari facie vestigii humani in orientem quam in occidentem latior prominet*, Schweder confert cum Melae 2, 123 *Sardinia Africum pelagus adtingens, nisi quod in occidentem quam in orientem angustius spectat par et quadrata undique* eqs. tnm Plini 3, 83 *pelagus Africum attingens Sardinia* cuins mensurae singulae subseqnuntur. Plinins igitur et Mela quasi una voce Sardiniam Africum pelagus attingere rectins dicunt, aberrat a vero Salln-stius, cum in Africo mari eam sitam diceret. accedit quod mensuris laterum quas Plinius diligenter notavit, sententia Sallustiana, quam apud Melam quoqne inveniri non miramur, nititur, non invicem. quae

[1]) cf. H. Berger, *die geogr. Frg. des Erat.* 1880 p. 332 adn. 3.

[2]) cum hoc facit Amm. 22, 8, 10, cf. Müllenhoffius *Deutsche Alt.* III 1892 p. 77.

cum ita sint, Sallnstius minime communis illorum auctor est, ad Melam praeter huius doctrinam Sallustiana fluxisse minime abhorret a specie veritatis.

quo cum loco artissime conexum est fragm. 2, 3 qno Sardiniae nomen Ichnusam Crispo Solinus adscribit 4, 1; rem ille tetigit frg. 2, 2. Plinins antem ex libello illo de insulis postea addidit 3, 85 *ipsam Timaeus Sandaliotim appellavit ab effigie soleae, Myrsilus Ichnusam a similitudine vestigii.* quae quo iure Schweder ex Sallustio qnolibet modo pendere dicat, plane animum meum superat. at egregie comprobatur Sallusti anctorem esse eundem qnem Plini. itaqne anonymum illum libellum uterque consuluit. nnde huius tempus artius etiam circumscribitur, cf. supra p. 29sq. adnecto Sall. hist. frg. 2, 5 *ut alii tradiderunt Tartessum Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddir habent.* quocum Scbweder comparat Plin. 4, 120 *maiorem insulam* (Gadium) *Timaeus Potimusam a puteis vocitatam ait, nostri Tarteson appellant, Poeni Gadir, ita Punica lingua saepem significante.* Pliniana ex libello illo de insulis fluxisse recte Kentenichins l. l. statuit. diversa enim est primarii Plini Melaeque auctoris sententia: Plin. 3, 7 *Carteia Tartesos a Graecis dicta.* Mela 2, 96 *Carteia ut quidam putant aliquando Tartesos*[1]). itaque eo loco minime probatur Sallustium in eorum communi fonte adhibitum esse. sed de Plinio 4, 120 videamus. non commemoro etymologiam nominis Punici apud Sallustium non tradi — nam si quis eam seqnentibns verbis quae perierunt, expositam fuisse contenderit, non habebo quo eum refutem, — sed qno loco illa Sallustins dixerit, velim animum intendas. rectissime enim Maurenbrecher in belli Hispaniensis narratione ea lecta esse negavit propter verba *Hispaniae civitatem,* quae in Hispaniae descriptione non modo otiosa, sed ineptissima essent. itaque si umquam, hic perspicitur, id quod ipsa re verisimile est, geographos non ab historico pendere, sed hunc ab aliqno geographo.

nec haec sententia infringetur, ubi Sall. hist. frg. 4, 26—29 cum Plinio 3, 86. 87 et Mela 2, 115. 116 comparaverimus. ille enim cum fugitivorum seditionem enarraret, Italiae inferioris Siciliaeqne descriptionem proponendam lectoribus ratns est. in qna sane insunt quae mirum in modum cum singulis Plini Melaeque verbis consentiant[2]). ex Plinio autem potissimnm conferendnm est: 3, 87 *in eo freto est scopulus Scylla, item Charybdis mare verticosum, ambo clara saevitia,* ex Mela 2, 115 *Scylla saxum est, Charybdis mare, utrumque noxium adpulsis.*

[1]) cf. etiam Hier. in Gal. 2 praef. *oppidum Tartesson quod nunc vocatur Carteia.*

[2]) de gravi quadam diversitate modo p. 213 egimus.

cf. Sall. hist. frg. 4, 27 *Scyllam accolae saxum maris imminens appellant* et 4, 28 *Charybdis mare verticosum.* hinc cognoscitur illum Sallusti auctorem latina lingua usum fuisse. nec enim aliter explicatur Plini et Sallusti in adiectivo *verticosus* consensus. eodem ducimur, ubi notam illam Saguntinorum laudem iuvenimus et apud Sallustium hist. frg. 2, 64 *Saguntini fide atque aerumnis incluti* et apud Melam 2, 92 *Saguntum illam fide atque aerumnis inclutam* Pliniumque 3, 20 *Saguntum oppidum fide nobile.* quamquam apud Melam hic ex Sallustio simpliciora qualia Plinius praebet, exornata esse non reiecerim.

nec omiserim hic adnotare Sall. hist. frg. 3, 63[1]) cl. Plin. 4, 86 Mela 1, 102 uti locutione quae horum auctori familiarissima est: efficiendi verbo. denique ex historiarum fragmentis affertur 3, 44 *cui oblivionis nomen condiderant*[2]) quocum recte comparant Melae 3, 10 *cui oblivionis cognomen est Limia*[3]) et Plini 4, 115 *ab Minio . . CC ut auctor est Varro Aeminius, quem alibi quidam intellegunt et Limaeam vocant, oblivionis antiquis dictus multumque fabulosus.* quo loco summopere dolendum est, quod nescimus quo nomine Sallustius illum fluvium dixerit Aeminii an Limaeae vel Limiae. quae res multum valeret ad fontes inquirendos. sed sicut iam plus uno loco indicavi, minime necesse habuisse geographos mihi persuasum est, hoc cognomen alicuius fluvii multum fabulosi ex historia petere, praesertim cum haec apud geographos ferri solita testis adsit Strabo 153.

atque haec quidem fere ex historiis conferuntur. e Catilina unus locus huc pertinet: 10, 1 *Carthago aemula imperi Romani,* cf. Mela 1, 34 *Carthago . . nunc populi Romani colonia, olim imperii eius pertinax aemula* Plin. 5, 76 *illa Romani imperii aemula terrarumque orbis avida Carthago.* quamquam monendum est Plinium non inter ipsam Carthaginis descriptionem hac locutione tritissima[4]) uti, sed ubi de Tyro facit verba. haud procul vero ab eo loco Melae fonte usus esse videtur 5, 67 cf. supra p. 87. unde si quis Pliuium hoc quoque loco ex eodem auctore sua auxisse coniciet, facile a me impetrabit ut credam.

dispersa huc usque fragmenta comparanda erant. at in Africae descriptione[5]) largior fons suppeditat. contulit autem Schweder Iug.

---

[1]) cf. supra p. 213.

[2]) *indiderant* coniecit Dietschius non sine quadam probabilitate.

[3]) eandem formam Plin. 4, 112 ex alio fonte exhibet, cf. p. 144 sq.

[4]) cf. etiam Vell. 1, 12, 5 *Romani imperii Carthago aemula* 2, 1, 1 *remoto Carthaginis metu sublataque imperii aemula.* Sen. ap. Lact. inst. 7, 15, 15. Paneg. 2, 8 p. 95, 22 Baehr. Salv. gub. 7, 6, 7. cf. Hor. epod. 7, 5.

[5]) Iug. 17. 18.

17, 4 *ea* (Africa) *finis habet ab occidente fretum nostri maris et Oceani, ab ortu solis declivem latitudinem quem locum Catabathmon incolae appellant*[1]). cum Mela 1, 40 *Catabathmos vallis devexa in Aegyptum finit Africam.* at longe aliter Plinius, id quod Schweder neglexit, qui Africam usque ad Paraetonium vel ad Canopicum Nili ostium profert. hic igitur ut saepius Mela cum Sallustio contra Plininm facit.

dein Syrtes commemorat Sall. Iug. 19, 3, describit 78, 1 sq. sed minime adeo congruunt eius verba cum Plinio (5, 26 sq.) aut Mela (1, 35. 37), ut hos ex illo pendere necessario statuatnr. nec minus trita sunt, quae de Numidarum vita referuntur apud Sall. Iug. 18, 8, nisi forte in eo artior quidam conexus positus est qnod unnsquisque pro mapalibus domus notionem substituit: ait enim Plinius 5, 22 *mapalia hoc est domus*, Mela 1, 41 *domicilia sunt quae mapalia appellantur*, Sall. l. l. *aedificia Numidarum agrestium quae mapalia illi vocant.* similiores igitur Sallustium Melamque inter se esse vix est qnod diserte moneam. sed hoc ad quorumlibet nomadum gentium descriptionem quadrat, cf. e. g. Sall. hist. frg. 3, 76 *Scythae nomades tenent, quibus plaustra sedes sunt.*

dein Iug. 19, 7 et 92, 5 flumine Mulucha regna Bocchi Iugurthaeque disterminari Sallustius tradit. eadem sane leguntur apud Plinium 5, 19 et Melam 1, 29; tamen ex hac similitudine certi quicquam nego colligi posse.

de priscis tum Africae incolis[2]) Sallustius agit quos longe snbtilius ad temporis ordinem revocat, cuius rei neque apud Melam neque apnd Plinium ullum vestigium est: Iug. 18, 5 sq. Plin. 5, 46 Mela 3, 103. haec omnino extra disputationem posita sunt, cum Plinium non ex fonte primario ibi hausisse demonstrasse nobis videmur, cf. p. 154 sq.

sunt autem quaedam qnae a Sallnstio aliter proponuntur, quam apud Plinium Melamqne, velut ille Hipponem Hadrumetum Leptim a Sidoniis condita esse contendit 19, 1. 78, 1, Plinius Tyron metropolin eorum dicit 5, 76. deinde unum oppidum Leptim Sallustius agnoscit: Iug. 19, 1. 3. 77, 1 sq. 78, 1; Plinius (5, 25. 27) et Mela (1, 34. 37) diserte utrumque definiunt. qnae res non ita magni momenti esset, nisi Solinus 27, 8 et Silius 3, 256 ipsi quoqne de uno tantum huius nominis oppido agerent.

denique de orbis divisione Sallustius Iug. 17, 3 haec: *in divisione,*

[1]) eadem repetit Sall. Iug. 19, 3.

[2]) de his fabulis cf. J. Miller, Philologus 56 (1898) p. 333. quamquam hic vix recte Perorsos pro Pharusiis in disputationem vocavit. a Pharusiis enim ad Persas facili opera antiqui etymologi transiliebant.

ait, *orbis terrae plerique in parte tertia Africam posuere, pauci tantummodo Asiam et Europam esse, sed Africam in Europa.* cf. Plin. 3, 3[1]) *terrarum orbis universus in tres dividitur partes, Europam Asiam Africam* 3, 5 (Europam) *plerique merito non tertiam portionem fecere, verum aequam, in duas partes ab amne Tanai ad Gaditanum fretum universo orbe diviso.* cf. Comm. Bern. Luc. 9, 411 *quidam diviserunt orbem in duas partes, ut Varro, id est Asiam et Europam, quidam in tris Asiam Europam et Africam, ut Alexander, quidam in quattuor adiecta Aegypto ut Timosthenes.* Varr. rei rust. 1, 2, 3 *cum orbis terrae divisus sit in duas partes ab Eratosthene maxume secundum naturam ad meridiem versus et ad septentriones.* de ling. lat. 5, 31 *ut omnis natura in caelum et terram divisa est, sic caeli regionibus terra in Asiam et Europam, Asia enim iacet ad meridiem et austrum, Europa ad septentrionem et aquilonem.* aliam igitur Varro et Plinius sententiam probaverunt, aliam Sallustius, cf. Anon. GGM. II 493 *οἱ μέντοι παλαιοὶ τήν τε Λιβύην καὶ τὴν Εὐρώπην ὥσπερ μίαν οὖσαν συναμφοτέρας ἐκάλουν ἑνὶ καὶ μόνῳ τῷ τῆς Εὐρώπης ὀνόματι.* cf. GLM. p. 71, 11 Isid. orig. 14, 2, 3. Lucan. 9, 411 *Tertia pars rerum Libye, si credere famae cuncta velis, at si ventos caelumque sequaris pars erit Europae.* quae Varroni temere Pinter vindicavit[2]).

itaque ut summam disputatiunculae huius faciamus, Plini Melaeque communem auctorem a Sallustio pendere minime probabile est. quamquam ad Melam sane Sallustiana quaedam pervenerunt. tertius igitur accedit Sallustius ad Nepotem Sebosumque quibus auctoribus is quem Mela exscripsit, ad amplificandam Varronis doctrinam usus est.

[1]) quo de loco cf. p. 62 sq.

[2]) *Lucanus in tradendis rebus geographicis quibus usus sit auctoribus.* diss. Monasterii 1902 p. 8.

Indices.

I. Auctores.

Aelius Gallus 201.
Agathocles 30. 46.
Aglaosthenes 27.
Agrippa 6. 11. 13 sq. 39. 55. 56. 57. 59. 61. 63. 67. 73. 76. 89 sq. 102. 107. 128 sq. 144. 150 sq. 160. 184. 194. 201. 205. 207 sq.
Alexander Polyhistor 26. 30. 46. 138.
Amometus 46.
Anaximander 26.
anonymus de insulis 25 sq.
anonymi *περίπλους τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης* 191.
Anticlides 27.
Antigenes 46.
Apollodorus 46.
Aristarchus Sicyonius 46.
Aristides 27.
Aristocreon 45.
Aristocritus 27.
Aristoteles 27.
Arruntius 20. 128.
Artemidorus 30. 35 sq. 158. 188.
Astynomus 27.
Aufidius Bassus 183.
Augustus 6. 15 sq. 51 sq. 86. 89 sq. 128. 144. 207 sq.
Basiles 45.
Biou 45.
Caelius Antipater 5. 18. 85. 138.
Callicrates 46.
Callidemus 27.
Callimachus 26. 30.
Calliphanes 46.
Cato 6. 9. 137.
Claudius Caesar 8. 24 sq. 159. 183. 185. 195.
Cleobulus 27.
Clitarchus 45.
Crates 27. 30. 31.
Curio pater 5.
Dalion 45.
Damastes 30. 31.
Demodamas 45.
Dicaearchus 30. 31.
Diodorus Syracusanus 46.
Dionysius 27. 42.
Domitius Corbulo 8. 22. 24 sq.
Dosiades 26.
Ephorus 27. 30. 45.
Eratosthenes 30. 31 sq. 158. 188 sq.
Eudoxus 17. 30. 45. 84.
Eumachus 46.
Fabricius Tuscus 20. 128.
Gellianus 5.
Hanno 18. 44. 84.
Hecataeus 30. 46.
Hellanicus 30. 31.
Heraclides 27.
Herodotus 30.
Himilco 18.
Hipparchus 30. 31. 33.
Hyginus 6. 7. 19. 128.
Isidorus Characenus 11. 39. 42. 47. 146. 161. 172. 185. 188. 194 sq.
Itinerarium Ponti Euxini 174 sq.
Iuba 41 sq. 194. 198 sq.
T. Livius f. 6. 18. 19. 29. 85. 128. 138.
Megasthenes 45.
Mela 6. 7. 48 sq. 106. 128. 212.
Menaechmus 27.
Metrodorus 27. 47.
Mucianus 6. 8. 11. 20 sq. 79. 128. 159. 160. 161 sq. 173. 181 sq. 186 sq. 189. 193. 195 sq.
Myrsilus 26. 30.

Nearchus 34 sq. 193. 194.
Nepos 6. 7. 16 sq. 83 sq. 128. 137. 138. 140. 177. 185.
Nigidius Figulus 5.
Nymphodorus 47.
Onesicritus 34 sq. 194.
Orosius 58.
Panaetius 30. 31.
Patrocles 45.
Periander 47.
Petronius 204.
Philistides 26.
Philonides 27.
Pindarus 47.
Piso 5.
Polybius 14. 17. 30. 39 sq.
Posidonius 46.
Pytheas 46. 144.
Sallustius 73. 86. 212 sq.
Sebosus 19 sq. 44. 84 sq. 128. 149. 157. 206.
Seneca 5. 188.
Serapion 30. 31.
Simonides 45.
Sotades 47.
Staphylus 27.
Strabo 1. 47. 145. 207 sq.
Suetonius Paulinus 5. 146.
Theophrastus 47.
Theopompus 47.
Thucydides 26.
Timaeus 26. 30. 37. 45.
Timagenes 47.
Timosthenes 30. 34.
Tuditanus 122.
Turranius Gracilis 5.
Valerianus 5.
Valerius Antias 5.
Verrius Flaccus 132.
L. Vetus 6. 7. 88. 128.
M. Varro 6. 9 sq. 35. 46. 69. 82. 90. 104. 128 sq. 131. 145. 150. 159. 170 sq. 185. 187. 189. 191. 199. 203.
P. Varro 6. 7. 16. 128.
Xenagoras 27.
Xenophon Lampsacenus 46.

2. nomina geographica.

Acelis 183 *cf.* Ocelis.
Acheron 94.
Achillis insula (Achillea) 78.
Acrocerannia (Acroceraunia montes, Acroceraunium promnnturinm) 70. 109. 139 *cf.* Ceraunii montes.
Actium 100.
Aeas 97 *cf.* Aous.
Aegaeum mare 103. 106.
Aegimoeroe 152.
Aegyptus 61. 97. 156 sq.
Aelana, Aelaniticus sinus 34. 43. 159 *cf.* Laeana.
Aeminius 95 *cf.* Limia.
Aeoli insulae 76. 80.
Aeolis 168.
Aethiopes Hesperii 157.
Africa 78. 98. 150 sq. 204 sq.
Alba 90. Alba Longa 90.
Aleria 91.
Alfaterni 94 *cf.* Nuceria.
Aloros, Aloritae 70. 95 *cf.* Oloros.
Amasia 180.
Amastris 176 *cf.* Sesamon, Mastya.
Anatis 15.
Anazarba 180 *cf.* Diocaesarea.
Ancyra 172.
Andrus 77.
Anthemus, Anthemusia 197.
Anthia 124.
Antigoneuses 97.
Aous 87 *cf.* Aeas.
Apamea 95.
Arabia 159. 162. 198. Arabes Oroei (Arrhoei) 183.
Aracynthus 126.
Aradus 78.
Araxes 184.
Arcadia 60. 82.
Arethusa 94.
Argyre 88.
Ariace *cf.* Artace.

Armenia 182 sq. 196.
Artahri 87.
Artace 171.
Artemita 49.
Asia 68. 78. 155 sq. Asiaticum mare 166.
Astura 75.
Atinates 93.
Atramitae (Atramotitae, Chatramotitae) 200.
Augusta Praetoria 97.
Augusta Taurinorum 97.
Autololes 14 sq.
Baria 14.
Bastuli 125.
Billis (Billaeus) 177.
Bithynia 173.
Bithynion 92.
Blanda 126.
Bosporus Cimmerius 78.
Bosporus Thracius 74.
Boti 84.
Bovianum 92.
Britannia 54. 142.
Bruttium promunturium 73. 213.
Bubasos 81.
Buca 81.
Buthrotum 126.
Cabalia 166.
Caesarea 95.
Calchedon 173.
Callipolis 74.
Calydne (Calymna) 170.
Calypsus insula 74.
Candaviae montes 126.
Cannae 90.
Cannenefates 142.
Canusium 93.
Cappadocia 180.
Caria 72.
Carne (Carnos) 162.
Carthago 31. 98.
Caryanda 79.
Casius mons 74.
Casos 77.
Caspiae portae 184. 186.
Cassandrea 69.
Castabala 180.
Castra Cornelia 98.
Catabathmos 152.
Cataonia 180.
Caucasus 182. Caucasiae portae 184.
Cebenna (Cebennici montes) 61.
Celaenae 95.
Celtibericum mare 66.
Ceos 10.
Cephallania 78.
Cerasus 176.
Ceraunii montes 181. 70. 109 (cf. Acroceraunia).
Ceribotus 193.
Chalcitis 174.
Chalybes 72.
Charax (Charace) 41 sq.
Chatramotitae *cf.* Atramitae.
Chryse 88.
Cilicia 71. 163. Aulon Cilicius 165. 169. Cilicium mare 165. 169.
Cirta 98.
Clupea 153.
Coos 10.
Cora 90.
Corcyra 76.
Corsica 59.
Cossora (Cossyra) 153.
Creta 57. 76. 97. Creticum mare 150. 151.
Cromna (Cromnos) 177.
Cyprus 97.
Cyrene 97.
Dannvius 136. 213 *cf.* Hister.
Decapolitana regio 161.
Deciates 123.
Delos 21.
Demonnesus 174.
Dianium 93.
Diocaesarea 180 *cf.* Anazarba.
Dioscurias 34. 72. 176 *cf.* Sebastopolis.
Dirinus (Drino) 100. 129.
Durrachium (Dyrrhachium) 117.
Echinades 49. 76.
Elaeusa 95.
Eous oceanus 69. 186 (*cf.* Sericus oceanus).
Epirus 98. 139.
Euboea 59.
Europa 40. 106 sq.
Eutane (Eutana, Eutene) 81. 167.
Falerii 90.

Ficolenses 94.
Fidenates 94.
Flanona (Flanates) 94.
Forum Appi 90.
Fregellae 90.
Frentani 94.
Gades 75.
Galatia 172.
Gallia 60. 68. 72. 98. 143. 209. Gallicum mare 61. Gallicus oceanus 130.
Garganus 118.
Germanicum mare 130.
Helene 77.
Hellespontus 127.
Heroon (Heroeon) oppidum 43. 202.
Hispania 64 sq. 124. 144 sq.
Histonium 81.
Hister 74. 78 *cf.* Danuvius.
Histria 74. 121. 130.
Hydrus (Hydruntum) 74. 117.
Hyperborei 87.
Iapygium promunturium 74. 118.
Ibericum mare 67.
Icaros 77.
Illyricum 123. 129.
Imbrus 77.
India 62. 74. 188.
inferum mare 113.
Iolcus 72.
Ionia 72. 167. 168.
Iope 74.
Ios 77.
Isaurica gens 163.
Italia 73. 97. 110 sq. 210.
Ithaca 78. 127.
portus Itius *cf.* portus Morinorum.
Laeana *cf.* Aelana.
Laus 126.
Lepadusa (Lopadusa) 152.
Leptis (Lepcis) 152.
Lesbos 74. 170.
Lencas 126.
Lencolla 79.
Leucopetra 73.
Libya Mareotis 73. Libyonm mare 150.
Limia (Limaea) 87. 88. *cf.* Aeminius.
Limyra (Lamyra) 84.
Lotophagi 87.
Lucania 73.
Lycaonia 164.
Lycia 165.
Lydia 167.
Macerones 183.
Magnopolis 180.
Mariana colonia 91.
Mariandyni 72.
Maribba (Mariba, Mariaba) 200.
Mastya *cf.* Amastris.
Media 186. 193.
Melitene 181.
Mesopotamia 193. 197.
Mestus 70 *cf.* Nestus.
Moesia 96.
portus Morinorum 40.
Mysia 171.
Nabata (Napata, Nepata) 204.
Nelcynda (Neacyndon) 193.
Nestus 70 *cf.* Mestus.
Nicaea 72.
Nilus 157.
Nomentani 94.
Norba 90.
Noricum 96. 135.
Nuceria 94 *cf.* Alfaterni.
Nymphaeum 123.
Oloros 95 *cf.* Aloros.
Ocelis *cf.* Acelis.
Omanades 164.
Ossonoba 125.
Osteodes 123 *cf.* Ustica.
Oxubii 123.
Padus 74.
Pagae 95.
Pampbylia 165. Pampbylium mare 169.
Pandateria 76.
Pannonia 135.
Parabos 79.
Paria 79.
Partheni 123.
Parthia 186. 193. 197.
Peloponnesus 124. 127.
Peparethos 77.
Perrhaebi 139.
Petelia 81.
Pharusaca 176.
Pherae 124.

Phrygia 171.
Picentia 125.
Pisidae 164.
Pityusae 75.
Pompeiopolis 180.
Pomptina palus 21.
Pontiae insulae 75.
Pontus 105. 174.
Praeneste 90.
Psylli 154.
Pygmaei 88.
Pyrenaei montes (Pyrenaeus saltus) 67.
Rhoda 72.
Roma 90. 132.
Rubrum mare 194. 198.
Rudiae 81.
Sabota (Sabata) 200.
Sala (Salat) 149.
Salernum 125.
Salius (Saros) 180.
Sallentinum promunturium 74. 118. 213.
Sangaris (Sangarius) 176.
Sanni (Suani) 179.
Sardinia 26. 59. 76. 92.
Sarmatae 71. 129.
Scaldis 72. 142.
Sciathos 77.
Scyros 21. 77.
Scythae 136. 181. 182.
Sebastopolis 176 *cf.* Dioscurias.
Seleucia 196.
Sericus oceanus (*cf.* Eous oceanus) 186.
Sesamon 176 *cf.* Amastris.
arae Sestianae 72.
Sicilia 26. 54. 95. 124. 210.
Sirenum petrae 126.
Solois (promunturium Solis) 149.
Stenae thyrae 202.
Sububa (Sububus) 149.
superum mare 113.
Syria 62. 159 sq.
Syrtes 154.
Talarus 139.
Taurus 165.
Tergeste 72.
Thasos 77.
Thebasa 164.
Thena (Thenae) 150.
Tbia 8.
Thyrea 124.
Tomarus 139.
Tralles 95.
Tripolis 74.
Tritonis palus 72.
Turduli 125.
Tuscum mare 61. 113.
Tylos 199.
Tympbaei 95.
Uria 126.
Ustica 123 *cf.* Osteodes.
Vennsia 93.
Vistula 71.
Volcientes (Volcentani) 93.
Zela (Ziela) 180.

3. loci.

Amm. 17, 7, 13 : 30
Aug. civ. dei 6, 4 : 132
Comm. Bern. Luc. 3, 190 : 95
„ „ „ 9, 411 : 107. 156.
Dimens. prov. 1 : 62
„ „ 13 : 56
„ „ 21 : 61
„ „ 22—24 : 64
Divis. orb. 1 : 52. 62
„ „ 3—6 : 64
„ „ 24 : 62. 186
Fest. 269 : 133
Isid. orig. 14, 6, 18 : 10
Lucan. 9, 411 : 217
Macr. sat. 3, 9, 1 : 133
Mart. Cap. 612 : 38
Mela 1, 6 : 85
„ 1, 8 : 63
„ 1, 9 : 68
„ 1, 12 : 68. 87
„ 1, 13 : 68
„ 1, 16 : 68
„ 1, 17 : 73. 108
Mela 1, 22 : 73. 153
„ 1, 23 : 87
„ 1, 25 : 7. 63
„ 1, 27 : 64
„ 1, 29 : 216
„ 1, 30 : 7. 82. 86
„ 1, 31 : 50
„ 1, 33 : 80
„ 1, 34 : 215. 216
„ 1, 35 : 216
„ 1, 36 : 72. 87
„ 1, 37 : 69. 216

Digitized by Google

Mela 1, 40 : 73. 80. 216
„ 1, 41 : 216
„ 1, 43 : 87
„ 1, 43—48 : 153
„ 1, 49 : 61
„ 1, 51 : 70
„ 1, 61 : 74
„ 1, 62 : 62
„ 1, 64 : 74
„ 1, 65 : 88
„ 1, 67 : 74
„ 1, 69 : 163
„ 1, 77 : 72
„ 1, 81 : 81. 165
„ 1, 82 : 81
„ 1, 84 : 81. 165
„ 1, 85 : 70
„ 1, 97 : 72. 171
„ 1, 98 : 171
„ 1, 100 : 70. 74
„ 1, 102 : 213. 215
„ 1, 103 : 72
„ 1, 104 : 72
„ 1, 105 : 72. 80
„ 1, 111 : 72
„ 1, 116 : 70
„ 1, 117 : 68
„ 2, 8 : 213
„ 2, 17 : 70
„ 2, 22 : 80
„ 2, 27 : 69
„ 2, 28 : 80
„ 2, 30 : 70
„ 2, 35 : 69. 70
„ 2, 40 : 72
„ 2, 43 : 60. 82
„ 2, 45 : 70
„ 2, 46 : 70
„ 2, 50 : 70
„ 2, 52 : 70. 105
„ 2, 53 : 70
„ 2, 54 : 70
„ 2, 57 : 72. 74. 80. 86. 87. 115. 137
„ 2, 58 : 213
„ 2, 62 : 74
„ 2, 63 : 74
„ 2, 64 : 70
Mela 2, 65 : 70. 81
„ 2, 66 : 71. 81
„ 2, 67 : 73. 74. 213
„ 2, 68 : 71. 73. 74. 81. 171.
„ 2, 69 : 71. 73
„ 2, 70 : 80
„ 2, 72 : 71. 115
„ 2, 74 : 61
„ 2, 75 : 68. 86
„ 2, 76 : 72. 115
„ 2, 84 : 72
„ 2, 87 : 67
„ 2, 88 : 86
„ 2, 92 : 71. 212. 215
„ 2, 93 : 71
„ 2, 94 : 71
„ 2, 96 : 28. 214
„ 2, 98 : 71
„ 2, 101 : 74
„ 2, 103 : 79
„ 2, 107 : 59
„ 2, 110 : 71. 80
„ 2, 111 : 8. 49. 71. 80
„ 2, 112. 113 : 57. 59
„ 2, 115—119 : 54
„ 2, 116 : 214
„ 2, 118 : 86
„ 2, 119 : 211
„ 2, 120 : 74. 80. 153
„ 2, 122 : 92
„ 2, 123 : 86. 213
„ 3, 3 : 67
„ 3, 10 : 87. 88. 215
„ 3, 11 : 86
„ 3, 12 : 67
„ 3, 13 : 72. 82. 87. 144
„ 3, 14 : 67
„ 3, 19 : 67
„ 3, 20 : 72
„ 3, 33 : 71
„ 3, 36 : 68. 87
„ 3, 38 : 53. 68. 69. 105
„ 3, 39 : 53
„ 3, 45 : 18. 84. 85
„ 3, 47 : 87
„ 3, 49 : 7
„ 3, 50sq. : 54
Mela 3, 59 : 71
„ 3, 61 : 62
„ 3, 62 : 86
„ 3, 70 : 88
„ 3, 72 : 53. 105
„ 3, 73. 74 : 191
„ 3, 80 : 74
„ 3, 81 : 88
„ 3, 86 : 74
„ 3, 90 : 18. 84
„ 3, 92 : 84
„ 3, 93 : 84
„ 3, 95 : 88
„ 3, 96 : 157
„ 3, 98 : 157
„ 3, 103 : 87. 153. 216
Oros. 1, 2, 15 (6) : 62
„ 1, 2, 24 (8. 9) : 62
„ 1, 2, 100 (52) : 55
Plin. 2, 130 : 45
„ 2, 169 : 18. 45. 84. 138
„ 2, 170 : 84
„ 2, 171 : 185
„ 2, 173 : 185
„ 2, 180 : 22
„ 2, 183 : 33. 35. 158. 203
„ 2, 184 : 189
„ 2, 185 : 33
„ 2, 187 : 46. 143
„ 2, 202 : 8
„ 2, 217 : 46
„ 2, 231 : 22
„ 2, 242—246 : 37. 47
„ 2, 244 : 39
„ 2, 245 : 38
„ 2, 247 : 33
„ 3 ind. : 4. 26. 129
„ 3, 1 : 102
„ 3, 3 : 63. 104. 217
„ 3, 4 : 16. 64. 85
„ 3, 5 : 104. 106
„ 3, 6 : 66
„ 3, 7 : 28. 75. 101. 125. 214
„ 3, 8 : 9. 13. 71. 215
„ 3, 12 : 105
„ 3, 16 : 64. 118

Plin. 3, 17 : 13. 66. 100. 145
„ 3, 18 : 75
„ 3, 19 : 14
„ 3, 20 : 71. 93. 212. 215
„ 3, 21 : 129. 146
„ 3, 22 : 125
„ 3, 23 : 93
„ 3, 25 : 93
„ 3, 27 : 144
„ 3, 29 : 66. 145
„ 3, 30 : 125. 130
„ 3, 31 : 60
„ 3, 32—36 : 68
„ 3, 33 : 72
„ 3, 35 : 123
„ 3, 37 : 131. 210
„ 3, 40—42 : 111
„ 3, 43 : 40. 112sq. 115. 213
„ 3, 44 : 102. 113
„ 3, 45 : 9. 117
„ 3, 46 : 52sq.
„ 3, 47 : 72. 115. 123. 138
„ 3, 48 : 71
„ 3, 49 : 115
„ 3, 51 : 90. 93. 115
„ 3, 52 : 91. 93. 210
„ 3, 56 : 92. 115
„ 3, 57 : 45. 47. 75. 131
„ 3, 59 : 21. 92
„ 3, 62 : 94. 115. 126
„ 3, 63 : 90. 94
„ 3, 64 : 90. 94
„ 3, 65 : 131sq.
„ 3, 66 : 132
„ 3, 67 : 132
„ 3, 69 : 94
„ 3, 70 : 5. 115. 125
„ 3, 71 : 73
„ 3, 72 : 126
„ 3, 73 : 71. 94
„ 3, 74 : 104. 107. 110. 114
„ 3, 75 : 31. 39. 61
„ 3, 76 : 75
„ 3, 80 : 59. 75. 91. 104
Plin. 3, 81 : 75. 126
„ 3, 82 : 76. 140
„ 3, 83 : 59. 76. 213
„ 3, 84 : 104
„ 3, 85 : 26. 29. 45. 92. 214
„ 3, 86—91 : 54sq. 76. 214
„ 3, 87 : 10
„ 3, 88 : 96
„ 3, 89 : 107
„ 3, 90 : 96
„ 3, 92 : 123. 153. 211
„ 3, 93 : 28
„ 3, 95 : 10. 71. 73. 75. 107
„ 3, 96 : 74. 75. 76. 81. 114
„ 3, 97 : 73. 108
„ 3, 98 : 47
„ 3, 99 : 108. 116
„ 3, 100 : 74. 117. 126
„ 3, 101 : 10. 71. 117
„ 3, 102 : 71. 81. 93
„ 3, 103 : 94. 117. 126
„ 3, 104 : 93
„ 3, 105 : 90. 93
„ 3, 106 : 81. 90. 94
„ 3, 107 : 92. 94
„ 3, 108 : 94
„ 3, 109 : 9. 10. 113
„ 3, 110 : 70
„ 3, 111 : 118
„ 3, 113 : 70. 90
„ 3, 114 : 19. 131
„ 3, 115 : 112. 120
„ 3, 116 : 91
„ 3, 117 : 74
„ 3, 119 : 140
„ 3, 122 : 27. 47
„ 3, 123 : 137
„ 3, 124 : 46. 137
„ 3, 125 : 18. 137
„ 3, 126 : 137
„ 3, 127 : 16. 74. 100. 112. 119. 120
„ 3, 128 : 17
„ 3, 129 : 112. 121
Plin. 3, 130 : 138
„ 3, 132 : 16. 47
„ 3, 133 : 126. 138
„ 3, 135 : 134. 139
„ 3, 136 : 134
„ 3, 139 : 26. 94
„ 3, 140 : 94. 95. 123
„ 3, 141 : 131
„ 3, 142 : 10
„ 3. 143 : 123
„ 3, 144 : 123. 171
„ 3, 145 : 87. 117. 123. 126. 171.
„ 3, 146 : 96. 135
„ 3, 149 : 96
„ 3, 150 : 68. 74. 100. 109. 117
„ 3, 151 : 75. 95
„ 3, 152 : 26
„ 4ind. : 4. 26. 46. 130
„ 4, 2 : 70. 97. 139
„ 4, 3 : 139
„ 4, 4 : 126. 139
„ 4, 5 : 49. 70. 100. 126
„ 4, 6 : 95. 126. 139
„ 4, 7 : 70. 126
„ 4, 8 : 95
„ 4, 9 : 47. 104. 124. 127. 146
„ 4, 10 : 140
„ 4, 15 : 127
„ 4, 16 : 124
„ 4, 18 : 70
„ 4, 19 : 104. 124. 127
„ 4, 20sq. : 60. 80
„ 4, 22 : 104. 129. 131
„ 4, 23 : 95
„ 4, 24 : 70
„ 4, 25 : 46
„ 4, 26 : 46. 116
„ 4, 27 : 70. 127
„ 4, 32 : 72. 103. 129
„ 4, 34 : 70. 95
„ 4, 35 : 95
„ 4, 38 : 70. 94
„ 4, 40 : 70
„ 4, 41 : 136
„ 4, 42 : 70

Digitized by Google

Plin. 4, 44 : 97
„ 4, 46 : 117. 131
„ 4, 47 : 131
„ 4, 49 : 69. 127
„ 4, 50 : 87. 103. 117
„ 4, 52 : 75. 76
„ 4, 53 : 49
„ 4, 54 : 28. 76. 78
„ 4, 55 : 71. 78. 127
„ 4, 56 : 28
„ 4, 57 : 28
„ 4, 58 : 76. 114
„ 4, 58—60 : 57sq.
„ 4, 60 : 104. 151
„ 4, 61 : 42
„ 4, 62 : 10. 29. 77. 127
„ 4, 63 : 59. 77. 114
„ 4, 64 : 45. 59
„ 4, 65 : 28. 77
„ 4, 66 : 11. 21
„ 4, 67 : 21. 71
„ 4, 68 : 71. 77. 128
„ 4, 69 : 28. 77
„ 4, 70 : 27. 29
„ 4, 71 : 57. 77. 103. 141
„ 4, 72 : 28. 77
„ 4, 73 : 77
„ 4, 75 : 104. 127
„ 4, 76 : 74. 105. 213
„ 4, 77 : 11. 17. 21. 31. 39. 129
„ 4, 78 : 31. 37
„ 4, 79 : 78. 136
„ 4, 80 : 129. 135. 136
„ 4, 81 : 71. 135
„ 4, 83 : 78. 136
„ 4, 83—85 : 71
„ 4, 86 : 213. 215
„ 4, 87 : 78
„ 4, 89sq. : 68. 87. 129
„ 4, 90 : 87
„ 4, 91 : 129
„ 4, 92 : 75
„ 4, 93 : 28. 71. 78. 180
„ 4, 94 : 45. 141
„ 4, 97 : 71. 141
„ 4, 98 : 141
Plin. 4, 100 : 71
„ 4, 102 : 46. 47. 54. 142. 146
„ 4, 104 : 45. 142
„ 4, 105 : 60. 72. 142
„ 4, 109 : 144
„ 4, 110 : 93. 131. 144
„ 4, 111 : 82. 144
„ 4, 112 : 144. 146
„ 4, 113 . 67. 72. 145
„ 4, 114 : 144
„ 4, 114—116 : 11. 130
„ 4, 115 : 87. 215
„ 4, 118 : 64. 95
„ 4, 119 : 39. 145
„ 4, 120 : 28. 45. 87. 145. 214
„ 4, 121 : 35. 40. 47
„ 5 ind. : 4. 27. 46
„ 5, 1 : 150
„ 5, 2 : 14. 147
„ 5, 4 : 17. 45
„ 5, 5 : 147. 149
„ 5, 8 : 17. 45
„ 5, 9 : 14sq. 40. 148. 149
„ 5, 11 : 148
„ 5, 13 : 149
„ 5, 14sq. : 147
„ 5, 16 : 44. 149
„ 5, 17sq. : 148
„ 5, 19 : 148
„ 5, 20 : 50. 82. 148
„ 5, 21 : 103. 148
„ 5, 22 : 98. 149. 216
„ 5, 24 : 98. 149
„ 5, 25 : 103. 150. 216
„ 5, 26 : 40. 149. 216
„ 5, 27 : 151. 216
„ 5, 28 : 69. 72. 87. 150
„ 5, 29 : 98
„ 5, 30 : 98
„ 5, 32 : 151
„ 5, 35—37 : 147
„ 5, 38 : 73. 103. 147. 150
„ 5, 39 : 31. 103
„ 5, 40 : 31. 35. 40. 61
Plin. 5, 41 : 32. 78. 152
„ 5, 42 : 78. 152
„ 5, 43—46 : 153sq.
„ 5, 44 : 87
„ 5, 46 : 216
„ 5, 47 : 32. 34. 35. 155sq.
„ 5, 48 : 61. 156
„ 5, 49 : 73. 156
„ 5, 50 : 22. 23. 158
„ 5, 51 : 44. 157
„ 5, 55sq. : 45
„ 5, 59 : 36. 41. 70. 158
„ 5, 60 : 158
„ 5, 61sq. : 158
„ 5, 63 : 25
„ 5, 64 : 158
„ 5, 65 : 13. 74. 159
„ 5, 66 : 62. 160
„ 5, 67 : 87. 103. 159
„ 5, 68 : 159
„ 5, 69 : 79. 159. 160
„ 5, 70—74 : 160
„ 5, 75 : 161. 171
„ 5, 76 : 215
„ 5, 77 : 161
„ 5, 78 : 74. 78
„ 5, 79 : 161
„ 5, 80 : 74. 163
„ 5, 81 : 162
„ 5, 82 : 162
„ 5, 83 : 22
„ 5, 83—90 : 162
„ 5, 85 : 183
„ 5, 86 : 197
„ 5, 91 : 91. 163
„ 5, 92 : 79. 92. 163
„ 5, 93 : 71. 95. 163
„ 5, 94 : 163. 164
„ 5, 95 : 165
„ 5, 96 : 79. 165
„ 5, 97 : 165. 186
„ 5, 100 : o1
„ 5, 101 : 166
„ 5, 102 : 156. 166. 181
„ 5, 103 : 167
„ 5, 104 : 79. 81. 167
„ 5, 105 : 166. 172

Plin. 5, 106 : 172
„ 5, 107 : 70. 79. 81. 167
„ 5, 108 : 95. 167
„ 5, 109 : 167
„ 5, 111 : 167
„ 5, 112 : 72
„ 5, 113 : 167
„ 5, 117 : 171
„ 5, 119 : 168
„ 5, 120 : 95
„ 5, 121 : 168
„ 5, 127 : 32
„ 5, 128 : 22. 24. 79. 169
„ 5, 129 : 34. 36. 104. 169
„ 5, 130 : 95. 169
„ 5, 131 : 28. 42. 79. 169
„ 5, 132 : 22. 33. 38. 131. 169
„ 5, 133 : 28. 29. 79. 170
„ 5, 134 : 29. 79
„ 5, 135 : 71. 131. 170
„ 5, 136 : 45. 47. 79. 170
„ 5, 137 : 28
„ 5, 138 : 170
„ 5, 139 : 74. 170
„ 5, 140 : 170
„ 5, 141 : 105. 170. 171
„ 5, 142 : 171
„ 5, 143 : 171
„ 5, 146 sq. : 172. 181
„ 5, 148 : 70. 171. 173
„ 5, 149 : 92
„ 5, 150 : 38. 74. 173
„ 5, 151 : 28. 174
„ 6 ind. : 4. 46
„ 6, 1 sq. : 105. 174
„ 6, 3 : 31
„ 6, 4 : 176
„ 6, 5 : 17
„ 6, 6 : 174. 177
„ 6, 9 : 180
„ 6, 10 : 180
„ 6, 11 : 72. 176
„ 6, 12 : 184
„ 6, 15 : 34. 72
„ 6, 19 : 181
Plin. 6, 20 : 181
„ 6, 22 : 182
„ 6, 23 sq. : 182
„ 6, 25 : 183. 195
„ 6, 27 : 25
„ 6, 29 : 184
„ 6, 30 : 184
„ 6, 31 : 17. 25. 105. 185
„ 6, 32 : 28
„ 6, 33 sq. : 68. 185
„ 6, 34 : 87
„ 6, 36 : 11. 33. 45. 53. 105. 185
„ 6, 37 : 186
„ 6, 38 : 11. 53. 105. 185
„ 6, 39 : 13. 69
„ 6, 40 : 25. 184
„ 6, 41—45 : 186
„ 6, 46 sq. : 187
„ 6, 49 : 45
„ 6, 50 : 182
„ 6, 50 sq. : 187
„ 6, 51 : 11 sq. 187 sq.
„ 6, 53 : 71
„ 6, 54 : 74
„ 6, 56 : 32. 62
„ 6, 58 : 188
„ 6, 60 : 5. 188
„ 6, 61—63 : 188
„ 6, 64 : 189
„ 6, 69 : 189
„ 6, 70 : 36. 188
„ 6, 78 : 190
„ 6, 79 : 190
„ 6, 80 : 88
„ 6, 81 : 32. 35
„ 6, 89 : 147
„ 6, 92—95 : 190
„ 6, 96 : 34. 41
„ 6, 96—100 : 190
„ 6, 98 : 191
„ 6, 100—106 : 190
„ 6, 104 : 183
„ 6, 107 : 32. 35. 53. 105
„ 6, 108 : 32. 191
„ 6, 109 : 35
„ 6, 112 : 187. 193
Plin. 6, 113 : 197
„ 6, 117 : 183
„ 6, 117 sq. : 162. 183
„ 6, 118 : 197
„ 6, 124 : 35. 41. 194
„ 6, 126 : 194
„ 6, 127 : 194
„ 6, 128 : 25
„ 6, 129 : 183. 195
„ 6, 139 : 14. 41
„ 6, 141 : 41 sq.
„ 6, 146 : 199
„ 6, 148 : 44
„ 6, 149 : 41
„ 6, 151 : 183
„ 6, 152 : 42. 191. 199
„ 6, 153 : 199
„ 6, 154 : 200
„ 6, 155 : 200
„ 6, 156 : 34. 36. 41. 43. 200
„ 6, 157 : 200
„ 6, 163 : 33. 43
„ 6, 164 : 201
„ 6, 165 : 43
„ 6, 166 : 74
„ 6, 167 : 202
„ 6, 169 : 202. 203
„ 6, 170 : 41. 43
„ 6, 171 : 33. 203
„ 6, 174 : 42
„ 6, 175 : 203
„ 6, 178 : 43. 204
„ 6, 179 : 41
„ 6, 180 : 43
„ 6, 183 : 19. 33. 45
„ 6, 187 sq. : 204
„ 6, 188 : 84. 88
„ 6, 191 : 43
„ 6, 195 : 157
„ 6, 196 : 205
„ 6, 197 : 88
„ 6, 198 : 34. 45
„ 6, 199 : 17. 149
„ 6, 200 : 20. 84
„ 6, 201 : 20. 44
„ 6, 202 : 20. 44
„ 6, 206 : 37. 39

Digitized by Google

Plin. 6, 207 : 36. 68
„ 6, 209 : 150
„ 6, 217 : 5
„ 7, 17 : 47
„ 7, 35 : 25
„ 7, 50 : 38
„ 7, 145 : 45
„ 8, 31 : 40
„ 8, 47 : 40
„ 8, 77 : 157
„ 8, 201 : 22
„ 8, 215 : 22
„ 9, 46 : 20. 86
„ 9, 67 : 23
„ 12, 9 : 23
„ 12, 53 : 33
„ 12, 78 : 25
„ 12, 88 : 183
„ 13, 79 : 25
„ 22, 86 : 33
„ 28, 18 : 132
„ 28, 29 : 24
„ 31, 131 : 40
„ 32, 62 : 22
„ 36, 78 : 38
„ 36, 134 : 23
„ 37, 201—202 : 111
Plut. aet. Rom. 61 : 133
Prop. 3, 22, 17 sq. : 111
Sall. Catil. 10, 1 : 215
„ hist. 2, 2 : 213
„ „ 2, 3 : 214
„ „ 2, 5 : 214
„ „ 2, 54 : 212
„ „ 2, 64 : 215
„ „ 3, 44 : 215
„ „ 3, 63 : 213. 215
„ „ 3, 76 : 216
„ „ 3, 77 : 213
„ „ 3, 79 : 213
„ „ 3, 80 : 213
„ „ 4, 23 : 213
„ „ 4, 26—29 : 214 sq.
„ Iug. 17, 3 : 216
„ „ 17, 4 : 216
„ „ 18, 5 sq. : 216
„ „ 18, 8 : 216
„ „ 19, 1 : 216
„ „ 19, 3 : 216
„ „ 19, 7 : 216
„ „ 77, 1 : 216
„ „ 78, 1 : 216
„ „ 92, 5 : 216
Sen. quaest. nat. 6, 21, 2 : 8
Serv. Aen. 1, 277 : 133
„ „ 2, 351 : 133
Sil. 3, 256 : 216
Solin. 1, 4 : 132
„ 4, 1 : 214
„ 7, 20 : 10
„ 11, 80 : 128
„ 27, 8 : 216
„ 33, 1 : 105
Strab. 137 : 208
„ 140 : 208
„ 151 : 208
„ 166 : 208
„ 177 : 209
„ 178 : 209
„ 186 : 209
„ 216 : 211
„ 224 : 59
„ 226 : 210
„ 230 : 210
„ 233 : 145
„ 266 : 55. 210
„ 277 : 211
„ 314 : 99
„ 388 : 211
„ 529 : 194
Varr. ling. lat. 5, 31 : 217
„ rei rust. 1, 2, 3 : 217
„ ap. Prob. p. 326 H. 124

4. grammatica.

ac 165
Arabia beata, felix, eudaemon 162
confinium 165
dein 42
dexter 88. *dexterior* 162
efficere 215
excurrere 141
frons 69. 107
incumbere 105
inrumpere 32. 63. 104
insigne 93
ipse 29. 57. 76. 87. 187
laevus 88
nos, noster 28
notus 200
patere 116
quidam 87. 121. 141
sicilis 12
similis 147
sinister 88
thyra 202
umbilicus 113
uterque 200

ERRATA.

legas p. 12 v. 1 ab imo: *1885.*
„ „ 18 „ 12 *Mela 3, 45* (non *3, 35*).
„ „ 47 „ 15 *libri.*
„ „ 70 adn. 1 *Plini 4, 38* (non *2, 38*).
„ „ 76 v. 20 *descriptam.*
„ „ 88 „ 10 *ultra.*
„ „ 116 v. 3 *Augustum.*
„ „ 131 „ 24 *tractatum.*
„ „ 135 „ 5 ab imo *Agrippae.*
„ „ 151 „ 6 *323* (non *322*).
„ „ 152 „ 24 *duae.*
adn. 2 *p. 638—640.*
„ „ 153 v. 5 *Lilybaeo.*
„ „ 175 „ 2 ab imo *quibusdam.*
„ „ 201 „ 15 *ergo Iubae tres mensuras iure vindicamus, unica mensura Isidorus contentus fuit, hunc priore loco* eqs.
legas p. 202 v. 23 *Eratanos.*
„ „ 205 „ 6 *6, 191* (non *6, 151*).

editione Mayhoffiana librorum I—VI quae his diebus prodiit, uti me non potuisse doleo.

Herrosé & Ziemsen, G. m. b. H., Wittenberg.

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 07333 5674

Digitized by Google

Verlag der Weidmannschen Buchhandlung in Berlin SW. 68

Quellen und Forschungen

zur

alten Geschichte und Geographie.

Herausgegeben

von

W. Sieglin,

o. ö. Professor der historischen Geographie an der Universität Berlin.

In zwanglosen Heften.

Preis für den Bogen gr. 8°, falls nicht Karten etc. die Herstellung erheblich verteuern: ca. 40 Pfg.

Es fehlte bisher ein Organ, das dem Interesse der Geschichte und Geographie der Mittelmeerländer während des Altertums gedient hätte. Unser seit Jahren vorbereitetes Unternehmen, das von einer Reihe der bedeutendsten Mitarbeiter des In- und Auslandes unterstützt wird, ist bestimmt, die oft empfundene Lücke auszufüllen.

Wir werden vornehmlich der griechischen und römischen Welt unsere Aufmerksamkeit zuwenden, aber auch die orientalische nicht vernachlässigen; wir werden nicht bloss die Geschichte des Altertums betonen, sondern auch die historische Geographie und die Ethnographie der Länder des Mittelmeeres uns angelegen sein lassen.

Die Quellen, die wir zu veröffentlichen gedenken, werden in erster Linie der antiken Geographie entnommen sein.

Bis jetzt sind erschienen:

Heft 5: Palästina in der persischen und hellenistischen Zeit. Eine historisch-geographische Untersuchung von Dr. **Gustav Hölscher.** 3 Mk.

Heft 6: Topographie und Geschichte der Insel Euboia I von Dr. **F. Geyer.** 4 Mk.

Heft 7: Geschichte der deutschen Stämme bis zum Ausgang der Völkerwanderung von Dr. **Ludwig Schmidt.** I. Teil. 3,60 Mk.

Heft 8: Die Entdeckung des germanischen Nordens im Altertum von **D. Detlefsen.** 2,40 Mk.

Heft 9: Die geographischen Bücher (II, 242 – VI Schluss) der Naturalis Historia des C. Plinius Secundus mit vollständigem kritischen Apparat von **D. Detlefsen.** 8 Mk.

Heft 10: Geschichte der deutschen Stämme bis zum Ausgang der Völkerwanderung von Dr. **Ludwig Schmidt.** I, 2. Mit 2 Karten. 5,60 Mk.

Die Hefte 1—4 sind im Verlage von Ed. Avenarius in Leipzig erschienen.

Herrosé & Ziemsen, G. m. b. H., Wittenberg.